

LICTANUS

DE VERIS

NARRATIO



I

00156

2


7

BIBLIOTECA  
DE LA  
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA,

---

Sala Est. Tab. Núm.





156



618418387 (1)  
618418764 (2)

~~2-6-34~~

2-12-2-9-

11  
10

~~Lucianus de ueris narationibus. M.~~

B

Reimpreso meruliano.  
Lucianus de ueris narationibus  
& Diodorus siculus



Ene ac decenter autumasti Marce pater: ut eos tibi libellos designarem: quos uir eruditissimus & iocundissimus Lucianus graeco sermone conscripsit: quosq; ego superiori tempe nostros feceram. Habent eni in se iocunditatem maximam ac risum: quae animis grauatū curis inter legēdum exhylerent. Tuq; his accomodate uti poteris: & aliis accomodatius exhibere: quoz; iter auctoritate uerfabere: Maiestatē Regiā contemplanturus accedis: sacrasq; manus illas de osculabere cum & magnorum principū p̄sentia fueris: qui a facietate suaz; curarū ad hanc quasi a labore ad quietem diuertent. Hos igit; praecipitanter magis: q̄ accelerate conscriptos tibi mitto: ut antea ueneradissimo illi patri transmiseram ut in ea prefaciuncula: quasi in argumento eorum libelloz; rationē lucidius teneas.

Lilii Castellani in Lucianū plogus ad uerendis. P. L. op. Romane Ecclesiae Cardinalē.

I plures dignitati tue debent uerendissime pater: ego magis debeo: neq; quemuis alium facile inueneri: cui aut cumulatius cōtuleris: aut p̄ni amoris signa fortius demonstraueris. Nā cōtulistī cū multa: tū illud in primis: q; me praeter ceteris differētius semp̄ amasti. Neq; enim qui magis contulit: q̄ quod ex corde prouenit. Et illa erant profecto signa: sed pluribus occulta: mihiq; & eo tempore obscura: nūc uero cogitanti ac ea repenti clara omnino & intellecta. Qua in re: q; satis nō ē grauis agere perpetuo me consulo: quo tot beneficiis in me tuis opere respondeam. Nūc uero quoniam mearum uigiliarum aliquid tue magnitudini offerre statui: & primos: ut ita dicam: foetus eorum studiorum: ad quae ipse me hortari quandoq; consueuisti: illud maxime querebam quod tot labores hac curas uerfanti: ad iocunditatem magis: q̄ aliis ad doctrinam esse posset. Nam cum tuo labore & cura: nostrarum rerum pars maxima moderetur: fiantq; ee curae: ut assolet sepe numero onerosae: quid grauius eo offeram: q̄ quod intelligendum te ab illo tedio: ad singularem quandam leticiā: iocunditatem: risumq; mouere possit. Igitur quom plurimi coram graeci codices extarēt: duos illos libellos tue auctoritati in nostram linguam praeter ceteris traducendos delegi: quos uir eruditissimus: & in primis iocundissimus Lucianus de ueris narrationib; graeco sermone cōscripsit: utpote qui praeter ceteris ad ea quae uolebantur facerent. Nam is: cum multa ac uaria eloquenter & facete conscripserit: tum hos libellos lusculentur etiam ac iocunde. Habent hi de ueris narrationibus epygrāma: non q; uera ita narrēt: ut mētriri nō possint: sed ita mentita: ut uera penitus esse nequeant. Causam autem q; ea finxerit idē refert q; hi scilicet: qui in dicendo laborant: post multam seriarum rerum lectiōem: ad hanc quasi ad ludum & oblectamen aliquod diuertant. Vnde lassamens alacrioribus quibusdam refecta: robustior surgat: & quasi noua ad prima illa redeat. Tum non q; nudam solū ex sui comitate & gratia haberēt oblectationem: sed etiam speculationem quādam ostenderent: non uulgarē. Siquidē hanc peregrina fictionis iductio: & si uana mēdacia suasiue ac uerisimile adducit: fertur tamen non sine detractioe contra ueteres quosdam poetas scriptores hystoriarum ac philosophos: portenta quaedam pro ueris: ac fabulosa scribentes: In quorum ut ait numero fuit Ctesias Ctesiochi Cindius: qui Indorum miracula scripsit: q; neq; ipse uidit: neq; alio narrante audiuit. Scripsit & Iambulus de his quae in magno mari sunt: notissimum omnibus mendacium non in suauem tamen fictionem componens: Et aliorum plurimi in hoc scribēdi genere uerfati sunt: quidamq; proprios errores & peregrinationes quum scriberent bestiarum magnitudines & uictus nouitates comētati sunt. Horum dux apud Homerum Vlixes fuit Aleino: & qui circa eum erant: enarrans uentos sibi inferuentium datos monoculos: ac siluestres quosdam homines humanis carnibus uescētes. Animalia pluribus cum capitibus ac socios Circeis carminibus mutatos: qualia ille multa ydiotis pheacibus suasit. In hos igitur cum incidērim Inquit: mentiri quidem non ualde culpauerim: sciens iam id consuetum esse: etiam ipsis philosophie professoribus illud autem miror si clam aliis se non uera scribere putauerunt. Quāobrem & ipse studens: quid ex hac gloria posteris relinquere: ne solus sim expers fabulandi libertate: quandoquidem nihil ueri scribere habui. Nihil enī mihi contigerat historia dignum: ad mendacium penetraui: & quidem maiori cum gloria: q̄ illi. Etenī ero: uel in eo uno uerax q; me mentiri fateor: tum sic eam: quae apud ceteros est accusationem fugiam si me non uera dicere predicem. Scribo namq; que neq; uidi: neq; ipse passus sum: neq; alio narrate accepi. magis autem quae omnino non sunt: neq; fieri potuerunt. quare qui in hoc incidit: nullatenus credere. Hanc Lucianus in prologo suo promisit. Tua autem celebritas hunc incipientem ita intelligat ut perficientem ab intentione non discrepet. Nam in ultimo uersu sequentes libros pollicetur: quos nuf

quod conseribit: ne forte uel circa finem ipsum in ueritatem offenderet: & a proposito frustraretur. Incipit igitur.

a Gressus olim ab Herculeis columnis: & in hesperiu oceanu delatus: secūdis quidē flatibus nauigabā. Causa autem peregrinationis & argumentum mētis solertia: nouarumq; rerum desiderium: scireq; cupiebam: quis sit oceani finis: quiq; homines ultra oceanum inhabitēt. Huius igitur gratia comeatum & suppellectilem multam imposui: aquamq; ac coetaneos quinquaginta parem mihi sententiam habentes: & armorum copiam: gubernationemq; optimā magno precio conducens: accepi in nauim. Erat autem nauis mediocris & ad magnam nauigationem robusta. Die igitur ac nocte secunde nauigantes terra admodum apparente: non adeo multa uia agebamur. Sequenti die simul oriente sole. uentus increuit: & fluctus intumuerunt: caligoq; cuncta compleuit: neq; iam submitti uelum poterat. Cum uento igitur conuersi: & cōmittentes nos ipsos: hiemauius diebus nouem & septuaginta. Octuagesima uero die oriente iam: iam sole: repente conspicimus non longe Insulam sublimē & consitam: circa eam fluctus non asperi frangebantur. Etenim procelle iam maxia pars quieuerat.

Adeuntes igitur: & descendentes: ut ex multa maris molestia: super terram statim diu iacuimus. Tandem exurgentes: ex nobis ipsis delegimus: triginta quidem nauis custodes astare: uiginti autem mecū ascendere: quae in insula erant exploraturos. Progrediētes igitur quantum stadiis tribus amari per siluam: uidemus columnam quandam eream: graecis litteris circumsculptam: caducis tamen & consumptis. Dicebant eoulsq; Herculem & bacchum deuenisse:

Erant autem & prope uestigia duo: super petram: unum quidem Instar iugeris magnum Alterum autem minus. Mihi quidem uidebatur quod minus erat bacchi fuisse: Herculis autem quod maius. Venerates igitur locum processimus. Non iam longe aberamus: cum ecce flumini supra stetimus: uinum fluenti simillimo latoq; tramite decurrenti. Vinum profecto tale: quale ex chio habetur. Erat & fluxus inundans: & multus: ita ut alicubi nauibus esset transitus.

Nobis igitur maior addita est fides: ut litteris crederemus: quas antea in columna scriptas uideramus testimonium iam fumentibus de bacchi peregrinatione. Cupiens tamen & fluminis initium uestigare: ascendebam cōtra fluuenta: & fontem quidem nullum. Multas autem & magnas uites uuis onustas inuenimus. Earum autem cuiusq; radicitus uinū scatebat. lucens: quod in unū cōfluens: flumē efficiebat:

Videbamus & in eo pisces: & colore: & gustu uino similes. Quum igitur piscatori nobis suaderemus & in capturam plures obuensissent pisces: ad esum illecti: ebriati succubuimus. & iam errare & ductare: & primum stomachari: q; praecedentes fete plenos inueniebamus. Deniq; admiscētes eos qui ex aqua nascuntur pisces: ac comedentes: uinalem fumum temperauimus.

Tunc fluuium trahicientes: qua uadibile fuit: uitium rem portentosam inuenimus.

Nam truncus inferior qui a terra surgebat: ferax erat & pinguis. Superior autem mulieres erāt: quantum ex femoribus supra: perfecte omnia habentes. Talem apud nos Damnem scribunt Apolline iam comprehendente in arborem uersam. A summis autem earum digitis exoriebant palmites uuis pleni Capiti uero pro comis inerant erratici pampinea folia & uue. Ee ergo ad nos accedentes salutabant: & dexteras protendebant. Aliq; quidem lida: Aliq; inda: plurime graeca lingua loquētes: oreq; nos deosculabantur. tum deosculatus: inebriatus confestim dubius: ac mutabundus erat: fructum autē decerpi non sinebant: sed eo euulso dolebant. & quidem cum clamore. Gliscabant autem uehementissime nobis commisceri. duob; ex nobis adherentes: & ab his non amplius soluti: sed ex pudendis connexti sunt. Traxerunt enim repente ex eadem specie naturam: & conradicati mansere. Iam ipsis palmites digiti emittebant: & erraticis circumplexantibus uue pene irrumpebant. Dereliquentes igitur eos in nauim confugimus: & ascendentes qui eo remanserant: tum alia: tum & derelictorum comitum cū uitibus commixtionem enarrauimus. Accipientes igitur amphoras: aquas hausimus. Item & e flumine uinum: inq; uicino littore noctem duximus. Mane autem ferebamur: & non uiolētis flatibus. Circa meridiem uero: non iam apparente Insula: inopinate coruscans turbo factus est: qui nauem circumuolens: & in sublime eleuans: quantum stadiis tricentum: nō iam in pelago deposuit: sed supra suspēsam: ingruensq; uelis uentus: & sinu facto: deferebat carbasum.

Septem igitur dies: & totidem noctes per aera decurrentes. octaua die inspicimus terram quandam magnam: in medio aeris uelut insulam lucidam & circularem: multaq; luce micantem. Ad hanc ergo delati: portumq; ingredientes: descendimus. Eplorantes autem regionem: Inuenimus

habitata & cultam: & die quidem nihil uidebamus Nocte autē & apparebant alie p̄p̄ Insula quædam ut uidebantur maiores: minores quedam igni colore similes:

Erat & alia inferius terra: urbes in se habens: & flumina: maria: siluas: montes: quam huic que a nobis incolitur comparabamus. Volentes ergo ulterius procedere: comprehensi fuimus in equo uultures: sic enim illos dicunt: incidentes. Hi autem equo uultures homines sunt: equorum loco uulturibus insident. Magni etenim sunt uultures: & ut plurimum tribus capitibus innixi.

Hic autē distat q̄s illoꝝ magnitudinē. Malo & eteni onerarie nauis ala queq̄ maior: & robustior erat. His igitur equo uulturibus imperatum erat: circumuolantibus terram: si quis aduena inueniretur: ad Regem agere. Quiq̄ & nos comprahendentes: ad Regem duxere. Is autem ut inspexit ex ipsis: ut opinor uestibus: similitudinem capiens Græci an ne inquit uos aduene. Assentientibus autem nobis: quomodo inquit aduenistis: tantum aeris superantes. Et nos sibi omne retulimus. Tum ille incipiens nobis quæ apud eum fuerant enarrabat. q̄ scilicet homo existens nomine Endimion: in nostra ortus terra: raptusq̄ olim dormiens: in regione regnat. Esse autem terram illam inquit quæ infra a nobis luca dicitur. Sed confidere nos iussit neq̄ periculum quodpiam suspicari: etenim cuncta uobis aderunt necessaria. Si autē uicero bellū inq̄ q̄ nūc solē incolentibus infero: oīum felicissimi apud me uiuetis.

Hinc nos interrogauimus: qui sint hostes: quæ ue odiorum caue. Is autem Pheton inquit eorum qui in sole sunt Rex: etenim ille etiam habitatur quemadmodum & luna: bella aduersum nos multo iā tempore. Cepit autem ea quam audietis ratione. Ego olim pauperrimos quosq̄: qui in meo erant regno congregans: uolui coloniam in luciferum deducere: desertum tunc: & nullis habitatum. Pheton autem Inuidia stimulus: transitum prohibuit: medio in itinere occurrens: equo formicis aduectus. Tūc equidem uicti: non enim apparatu equales eramus: secessimus:

Nunc autem iterum uolo bellum efferre: & coloniam traicere. Quod si uultis mecum classe communicare: uultures uobis e regalibus dabo: unum unicuiq̄ & cæteram armaturam: Cras autem faciemus exitum: Equidem quando tua hæc est sententia: sic inquam fiat. Mane igitur exurgentes: statuebamur in aciem etenim nunciabant exploratores hostes appropinquare. Magnitudo quidem exercitus centū milia erat: absq̄ peditibus & externis auxiliis: itē & absq̄ comeatibus: & machinaz peritis.

Horum autem octuaginta quidem milia: equo uulturum erant: qui autem a loleris ferebantur: uigintimilia. Est autem ales hic maximus: oleribus pennarum loco obfitus. Qui uero ex his uelociores erāt alarum pennas habebant lactuce foliis maxime similes: Vbi uero & Centroboli cum his ordinati sūt: & Scordomachi Aduenerunt & a septemtrione auxilia psylotoxoti: triginta quidē milia: Veto cursores autē quinq̄ginta milia: Hoꝝ quidē Psylotoxoti magnaz pulicū sessores sunt: unde & appellationē trahunt: publicium uero magnitudo ut duodecim elephantes. Porro uento cursores uero pedestres quidem sunt. feruntur autem uento absq̄ aliis per medium aera Modus autem quo feruntur talis est. Succingunt se talares tunicas: & has uento sinuantes: uela in paruis scasis imitantur. Hi pugna scutis armati plurimum ualent. Dicebantur autem aduentare ab his quæ supra Cappadociam sunt stellis.

Struthobalani quidem septuaginta milia. Hos ego non uidi. non enim uenerunt. quare neq̄ eorum naturas scribere ausim. Portentuosas quedam & incredibilia de his dicebantur. Et his quidem erat endymionis exercitus: Omnium autem armatura eadem erat. Galea quidem e fabarum spoliis. Magne enim apud eos fabæ: & durissimum illarum spoliū. Toraces autem squamee omnes: & squame quidē lupinee: lupinorum lepas consuentes. thoracas faciunt: Sunt autem lepe ipse ut cornu dure. Scuta & enses qualia argolica nostra uidemus: Vbi uero tempore datum est: sic in aciē ducti sunt In dextro quidem cornu equouultures & Rex optimos quosq̄ circa se habens. & nos cum his: In leuo uero Alelori. Porro inter utrunq̄ auxilia: ut cuiq̄ magis placuit. Erat & peditatus maximus. Myriadarū sex milium: Vna myrias decem milia facit: Hūc statuere in aciē sic: Aranee apud illos multe: & magne sūt queq̄ ex Cycladibus Insulis una multo maior: Has iussit intexere medium aeris: quod a Luna in luciferum diffunditur. Idq̄ ut primum perfecerunt: campus substratus apparuit: quo & peditatum statuerunt Ducebat autem hunc Hycterion bon reguli: hostium leuum quidem equiformici & in his medius Pheton. Bestie etenim magne sunt alate: his quæ apud nos sunt formicis preter magnitudinem nō dissimiles: harum maxima duorum iugerum mensuram implet. Pugnabant autem non solum qui desuper insidebant sed & ee cornibus maxime. Dicebant horum esse numerum pene quinquaginta milium. In eorum autem dextero aere culices qui e culicibus pugnant. horum milia pene quinq̄ginta erāt. Sagittari omnes magnis in culicibus delati. Post hos autem a recordaces nudi ac pedestres uerum pugnares. Et enim longe iaciebāt fundis maximas rapas: & percussus neq̄ parum subsistere poterat: moriebatur scilicet: uulnere subito quodam foetore infecto. Nāq̄ sagittas in albe ueneno delibutas ferebant: Hos iuxta caulomyctes posuerunt armis accinctos: & cominus pugnantes numero decem milia

lia Dicuntur autem caulomycetes: quoniam scutis quidem fungis utuntur: Hastilibus autem aspargorum uirgulis: Steterunt autem post hos & Cynobalani: quos hi miserunt: qui canem inhabitant stel- lam: numero quinquaginta milia. Et enim uiri non humanis: sed caninis uultibus super alatas glandes pugnabant: Dicebant autem ab ipsis hostibus & alia auxilia defecisse: & lacteo orbe emittenda funda mittentes scilicet: & nube centauri. Sed illi diiudicato iam prelio: utinam traditis: in posterum omnem illorum sibi finitimam regionem igne uastasse. Et is quidem erat Phetontis exercitus. Postq̄ uero signa erecta sunt. & a fellis ruditum undiq̄ constrepere: His etenim tubularum loco utuntur: committentes bellum pugnabant. & solarium quidem leuum confestim fugit: neq̄ enim sufferre ualuit instantes eq̄ griphos. nosq̄ in sequebamur cedentes. Dextrum autem illorum cornu superior, euadebat nostro qd̄ in leua erat propulato.

Exeuntes enim aerocopes in sequebantur usq̄ ad peditatum. Hic auxiliantibus illis defecerunt e regione declinantes. Idq̄ maximum ubi sensere suos qui in leuo fuerant manifeste deuictos: fuga uero insigni facta: multi quidem capti: plurimi uero confecti occubuere. & in ipsas quidem nubes defluebat sanguis multus: ut madide ruborem traherent. quales apud nos uidentur occidente sole. Multus & in terram decidit ut putarent tale ne aliquid olim contigisse: cum Homerus suspicatus fuerit Iouem in Sarpedonis morte sanguineas guttas pluuisse. Conuersi autem a cede: duo trophea statuimus: unum quidem Araneis: & pedestri pugna: alterum autem aerum supra nubes: His iam dudum exactis: nunciatum est: Nubecenturos aduentare. & irrumperet: quos antea Phetonti aduenisse oportuerat. Hicq̄ ubi aduenere: spectaculum prebere insolitum: & inexpectatum. homines erant alatis equis commisti. Magnitudo quidem hominum: quantum Rhodiorum Colossus: ex medietate supra equorum autem similis ualide nauis onerarie. Equidem eorum numerum non scripsi: ne cui incredibile id fiat: tātus erat Ducebantur autem a Sagittario: qui est in Zodiaco. Vbi autem amicos deuictos sensere: Ad Phetontem misere iterum remeare. Ipsi autem in aciem structi: in lunares irruunt turbatos quidem ac inordinatos: ob eam quam hostibus fecerant fugam: & iam spolia diuidentes: omnemq̄ multitudinem nostrarum a tergo prementes fugant. Ipsum autem Regem insequuntur ad Ciuitatem: atq̄ ex illius alitibus conficiunt plurimas. Deiecerunt autem & trophea: ac omnem aranearum intextum campum decurrere: meq̄ ceperunt & e comitibus duos. Iam autem & pheton aderat: & sub illis trophea alia statuere. Nos igitur ad solem ducebamur: aranee fragmati manibus post tergum ligatis: in Ciuitatem obsidere ignorabant penitus. Conuersi ergo: medium aeris uallauerunt: ut de cætero splendor a Sole ad lunam minus descenderet. Vallum autem erat murus duplex nubeus: ut necessario eclipsis lune fieret. Iam & nox continua cuncta tenebat. Qua in re pressus Endimion mittens deprecatus est edificium dirui. neq̄ eos despici in tenebris uisitantes. Promisit autem & tributa persolueret: seq̄ auxiliarem & amicum fore: neq̄ in posterum bellare. Insuper & obsides offerebat. Pheton uero: & hi qui apud illum erant: congregato bis consilio: in ira pertinacius infracti: immobilesq̄ steterunt. Postremo resiliunt & conditiones pacis admittere: ubi & phedera conscripsere. phedera. Solarium & horum auxiliatores ac socii: ad lunarios: eorumq̄ auxiliatores & socios: primum solarium demoliri murale: neq̄ de cetero lunam inuadere: statutoq̄ precio captiuos reddere: Lunarios autem dimittere liberam quæ ad inuicem sunt stallas. Arma quidem de cetero non inferre solaribus. Auxiliari quidem inuicem si quis inuaserit: uectigalium conditione. Tribuere annuatim Regem Lunariorum amphoras roris decem milia. Coloniam in Luciferum communem fieri. & ex utriusq̄ uolentem participare: Sculpti autem phedera columna electrina: erigiq̄ in medio aeris confino.

Qui pepigere: ex solarium quidem parte Ignereus: Estiuas: & flammes. Limarum autem Nocturus limatus: & Multilucus. Et talis quidem pax secuta est. Cō festim muḡ demoliri & captiuos restituere:

Vbi autem ad lunam deuenimus: obuiauerunt nobis socii: & cum lachrimis salutauerunt nos: & Endymion ipse. Et is quidem suadebat eo nos remanere secum: & in colonia participare: dareq̄ in uxore pollicebatur suam quam habebat prolem. Ego autem nullatenus suadebar: sed orabam demitti infra in mare. Qui ut impossibile uidit: septem conuiuatus diebus: tandem dimisit. piscium ossibus. Igitur inquam ego foeliciter dimicabimus: si nos cum his bello congregiamur: utpote qui armati cum hisq̄ inermes sunt. Idq̄ factum bene. Si enim superabimus: cæteram sine timore trahemus uitam. Quæ ut probauimus abeuntes ad nauem accingebamur.

Belli autem ratio futura erat: tributi non datio: iam pacto tempore imminente. Et illi quidem misere: tributum postulantes. Is autem superbe respondens: nuncios effugauit. Primi igitur psitopodes & pagurides: scintharo. Sic enim uocabatur indignati cum tumultu inualere: & quidem multo: Nos uero aggressum preuidentes: stetimur armati. Insidias statuentes: hominum quinque & uiginti. Præceptum

autem erat his: ubi pretergressos inimicos uidissent insurgere: Quod perfecerunt: nam insurgentes a tergo: cedebant illos. Nos uero & ipsi uiginti quinq; Siquidem scintharus eiusq; filius committebant: obuiamus. Committentescq; manum ira & fortitudine periclitabamur. Deniq; uertentes eos in fugam: ad suas usq; latebras insecuti sumus. Ceciderunt ex hostibus nonaginta: e nostris autem unus qui & gubernator: tergum sardinula pisce perfossus. Die quidem illa & nocte bellico perserpimus sono tropheumq; statuimus: arridum magni piscis tergum infigetes: Sequenti uero die aderam & alii: quæ facta fuerant sentientes. Dextrum quidem cornu Tarichanes: quos & pelamus ductitabat. Ieuum autem thynoce fali: medium carchynothyres tenebant. Nam ea gens quam Tritono medicem dicebat: que scebant: neq; focii suffragia afferre uoluit. Nos uero congressi apud neptunium templū obuiuimus: manumq; confestim. multo clamore usi. Resonabat autem ex illo cetus. ut antea solent. Hos item a tergo insecuti fugauimus in suam reliquam terre tenentes. neq; multo post nuncios mitentes: sustulerunt suos in bello mortuos: federaq; & amicitias postularint. nobis uero de amicitia: aut federe non est uisum. sed postera die cōcedentes ad eos: pene omnes occidimus preter tritonomeditas. Siquidē ii ut uideret quæ contigerant preuenientes. ad ceti raucalia loca exitumq; deinde nacti desilire in mare igitur prouinciam circumeuntes. iam hostibus uacua. de cætero absq; timore habitabamus. palestis aliiq; gymnasii plurimum ac uenationibus dediti. Quandoq; uineis exercentes eramus: aut ex arboribus poma legentes & omnino his similes: qui in magno & in euitabili carcere conclusi conuiuat & gaudent. annūq; & menses octo eo exigimus. nono autem mēse cum bestia esset ad tertium oris hiatus. & enim id semel quolibet anni tempore faciebat: ita ut nos ea esse quattuor anni tempora coniectura assequeremur. ad tertium uti perduximus oris hiatus confestim uoces ac tumultum audiebamus: ut nauarum precipientium ac remigantium. Turbati igitur. ad ipsum bestie os ascendimus. stantescq; intra dentes inspiciebamus omnium quæ ipse uideram inauditum miraculū. Homines magnos dimidii stadii statura. magnis cum insulis nō secus q̄ t̄remibus nauigantes. Vidi equidem incredibilibus familia scribo dicam tamen. insule erant in longum porrecte. ardue non multum queq; quantum stadiorum centum circumferentia. centumq; in se habens semistadios nautas. Horum aliqui quidem hinc atq; hinc. insule lateribus insidentes. ad uices initebatur: brachiis cyparissos magnos ipsis cum ramis ac frondibus remorum loco ducentes. Pone autem ad ipsam puppem uidebatur gubernator: or: ut i colle quodam sublimi: ereum regens gubernaculum: longitudine stadiorum quinq; ad proram uero ex his bellatores fere quadraginta armati pugnabat. hominibus p̄ter comā omnino similes. ipsa enim coma ignis erat. & ardebat: ut galearum usu non sane proficerent. pro uelis uero uentus in siluam incidens: quæ plurima cuiq; inerat: sinuabat insulam. & portabat quo gubernator ipse cupiebat. Erat & in hiis p̄fecti ad remigium incitantes: ac onus mouentes: quemadmodum in longis nauibus consueuerent. primū igitur duas uidebamus aut tres. postremo ut lexcente apparuere. stantescq; seorsum cōmittent prelium. ac pugnabant. multas quidem aduersis sese urgentes proris dissipari nutuo: multasq; impulsi obrui. alie potenter quidem cōnexe certabant: neq; facile diuellebantur ab inuicem. Qui enim proram forciti pugnabant: omnem ostendebant industriam: conscendentes. & mastantes. neminē autem capientes. pro ferreis autem rostri folpos magnos inuicem connexos iacebant: qui & silue cōplicati tenebant in siluas: iacebant etiam ac cedebant ossibus: quorum unus uix curus deferat & spōgis iugereis: hos autem ducebat Eolocetaurus. illos pelegopotes pugnaue aut ipsis ut uidet cōtigit p̄ de gratia. Etenim dicebatur pelagopotes multos Elocentauri Delphinium greges subripuisse: ut erat audire uocantibus illis & Regum nomina conclamantibus. Deniq; superat. qui ex Elocetauro & hostium insulis subruunt centū circiter & quinquaginta. tresq; ipsis una cum hominibus capiunt. Cæterū uero puppem uertentes euasere. Sane. ii paulo post illos insecuti: uespere facto: ad naufragia conuersi plurima obtinuerunt: suaq; exceperunt. Etenim horum insule non minus octuaginta obrute. Statuerunt autem tropheum insularis pugne in capite ceti unam ex hostium insulis suspendentes. nocte quidem illa circa bestiam commorati sunt: retinacula ad illam alligantes. & ancoris iacentes. Etenim ancoris magnis utebantur: uitreis fortissimis. postera autem die supra ceti tergum litantes: suosq; eo tumultantes abiere leti autem pena canentes. Hæc quidem quæ in insulari pugna gesta.

Finis primi libri.

Incipit liber secundus.

NTEREA non iam ego meam ferens in ceto moram: mansionisq; illius tedio affectus. quærebam inde quam arte pateret exitus. Et primum quidem non inutile uisum est. ad dextrum latus foedere. perq; defossum iter locum temptare fugam. incipientes igitur precidebamus: ubi incubetes: quantum stadia quinq; effodimus nihil sane proficientes: ab opere destitimus. Tum siluam exuere ducebamus. foreq; bestiam mo

riturâ:quod si fieret:facile licere egredi.Igitur ab ultima caude regiõ e incipientes: concubueramus:& dies quidem septem & totidem noctes a calore insensibilem se ceteris reddidit.Porro octaua ac nona intelleximus pristino illum robore non teneri:& infirmari:cum hiabat solita non cum uehementia:tum neque hiatum suspendebat:ac protrahebat.sed confestim subsidebat.Decima autem & undecima mori uidebatur:deformisq; erat ac male olens:At duodecima uix excogitauimus periclitari nos:& in cadauere concludi:ni hiante ceto cuneos submitteremus:quo patse fauces in posterum non conuenirent. Itaque maximis trabibus illius erigentes ora: nauem parabamus:aquæ plurimum inferentes:& ad necessitatem cætera. Gubernator futurus erat Scintharus.Poftera quidem die iam ille finierat.Nos uero attrahentes nauem:& per raritatem dentium educentes:ac explicantes leuiter in mare dimisimus: Ascendentesq; in dorsum:apud Insulare tropheum.Neptuno immolauimus:eoq; diebus tribus mansimus:erat enim tranquillitas.Quarta uero nauigantes abcessimus.Hinc nos multis & Insulari pugna caueribus obuauimus:& applicantes corpora dimensi mirabamur: Diebus autem quibusdam nauigauimus:multa aeris temperie usi.Tandem uolento se borea imittente frigus magnum secutum est:sub eoq; totum glacie astrictum est pelagus:non modo in superficie:sed & improfundum:& alte quatum passus trecenti:ut descendentes super glaciem curfaretus: Cum autem uentus acrius increbesceret: nosq; sui uehementiam non tolleramus:tale quiddam fecimus. Qui uero in ea re sententiam dicebat:erat Scintharus.Igitur in aqua speluncham maximam fodientes:in ea latitauimus diebus triginta ignem excitantes:ac nutrientes uescebamur piscibus:siquidem fodiendo plurimos inueniebamus. Vbi uero quæ ad comeatum erant defecere:egressi infixam nauem euulsimus:dantesq; uelut trahebamus ut nauigantes molliter ac leuiter per glaciem delapsi.Quinta autem die tepidiori aura inspirante omne gelu defluserat:iterumq; fluctus successere:glacie penitus soluta.Iam uero & stadia centum exegeramus:cum ad Insulam delati:non adeo magnam:& eam desertam:aquas hausimus:iam enim defecerant.Taurosq; eo siluestres duos arcu confecimus:ipsi autem tauri cornua non infrõte:sed in ipsis habebant oculis ut monio placuit.

Post non multum in pelagus deuenimus.non iam aqueum:sed lacteum:& in eo Insula apparebat alba:referta uitis.Erat autem Insula caseus maximus coagulatus.quemadmodum postea comedentes didicimus:eius circumferentia stadiorum uiginti:ipse autem uites uuis plene:quas conteretes lac non quidem uinum bibimus.Templum autem in medio erat Insula galathee:ne rei sacrum.Sic enim ex epigramate docebamur.Quoad igitur usq; in Insula consedimus:esca quidem nobis & cibus terra fuit.lac autem ex uuis potus:Regnare autem regionibus his dicebant Tyronam salmonei eum a Neptuno honorem accipiens:exactis autem in Insula diebus quinque:sexta egressi sumus portu:pacato pelago:ac aura quadam impellente.Porro octaua die nauigantes:lacteum excessimus iterumq; salum ac ceruleum infecantes:uidemus homines multos supra mare decurrentes omnino nobis similes:& corporibus & magnitudine:præter solos pedes:siquidem hos subereos habuere:Quare uti existimo fellopodes appellati sunt. Mirabamur autem uidentes nullatenus demergi:sed fluctibus super extare: intrepideq; incedere.

Qui & accedentes salutauerunt nos græca uoce.Dicebant autem in fellonam eorum patriam properare:Commeabant igitur nobiscum:precurrentes certo uiarum spacio Postea conuersi:ab itinere abibant foelicem nobis nauigationem orantes.Post temporis non multum & multe Insule apparuerunt prope quidem a leua fellona:ad quam illi properabant:ubi & Ciuitas super magno subere habitabatur.Longe autem & ad dexteram magis quinque maxime Insule & eminentes igniq; ab eis ascendebat multus:per proram autem una lata & humilis distans stadiis non minus quingentis.lam prope aderam:& mirabilis quedam aura ad nos penetrauit:dulcis & odorifera:quales hystoricus herodotus a foelici Arabia spirare dicit.Aut tale nobis dulce afflauit:quale a rosis narcissis hyacintis uel liliis uiolis mirto uel lauro redolere consueuit.Odore igitur leti:bonumq; aliquod longis ex laboribus presumentes:iam Insulam breui spacio propinquam spectabamus:hic & ortos uidemus plurimos latos & magnos:nitentiq; flumina leuiter in mare prorumpere:prataq; & siluas:ac canoras aues:aliquas quidem per litus canentes:multas autem super ramos.Aer autem leuis ac placide spirans e regione circumfundebatur:& aure quedam alacres spirantes leuiter siluam mouebant:eoq; motu letum ac continuum quoddam modulamen sibilabat simile obliquo fistule:in desertis locis modulanti. Audiebatur tamen clamor & applausus:ut commixte multitudinis non tumultuans:sed qualis in cõuiuio quibusdam qui,

dem sonantibus: aliis autem exultantibus: simul ac fistula: uel cithara modulantibus. His illecti deferebamur in portum egressiq; nauem: Scintharum in ea: & ex focis duos dimisimus: procedentes autem per flores pratū: in custodes icidimus: & ministros: qui nos roseis uinciētes uinculis. Id. n. apud eos maximum est uinculū. Ad principē adduxere: a quibus & per uiam itelleximus eam beatorū. Infulam apellari: regnareq; in ea creticū Radamantē. Ad quē ubi adducti fuimus. stetimus in ordine iudicādo: quarto in loco. Erat autem prima causa de Aiace thelamonio: an illi in heroum numero esse liceat: an uero non? Accusabatur autem q; furiis actus se ipsum necauerit. Deniq; multo prius habito sermone: uisum est Radamanti tradere illum Hippocrati Eo medico helleborum bibiturum indeq; iam melius sapientem in heroum confessum recipi. Secunda autem causa amoris erat Thesey scilicet. ac Menelai pro helena certantium cui nam illa cohabitare debeat? Et radamas quidem cum Menelao iudicauit. qui & coniugi huius gratia tātis olim laboribus sese implicauerit ac periculis. etenim ipsi Theseio alias esse mulieres. Amazonem scilicet: & Minois filias. Tertia uero de primo accubitu Alexandro scilicet philippi filio: & hanibali Cartaginensi: iudicatumq; est alexandrum precedere: sibiq; sedes posita ē apud Cyrum persem primum in quartam autem causam nos adducti sumus: Et is quidem interrogauit: quid nam passi essemus: q; iam uiuentes ad sacrum illum cetum deuenimus: Nos autem cuncta illi ex ordine enarrauimus: Tum nobis paululum e loco submotis diu in causa pensitabat. eamq; sociis secum assidentibus comunicabat: Confedebant enim cum eo & alii quidem multi: tum & ante illos atheniensis. Aristides cognomento iustus: Cui ut placuit decreuere cum moriemur: subire & nos iudicium debere. pendereq; iudicatum peregrinationis huius. & nostri ad sacrum iocum aduentus gratis Nunc uero pretaxato tpe licere nobis in insula apud heros uersari: inde abire. Prescribere & recessus terminum: non amplius q̄ menses septem. Tum florum sertis quibus antea nos deuinxerant: soluebamur ac in urbem ducebamur. ad beatorum conuiuium. ipsa quidem ciuitas omnis aurea: murus autem smaragdus lapide constructus. Porro huius porte septem sunt: simplices quidem monoligee cinamomee pauimentum uero Ciuitatis & intra muros terra eburnea: Omnium deorum templa berillo lapide constructa: & altaria in eis maxima uno e simplici lapide Ametisto singula: ubi & diis immolant per ciuitatem uero fluuius defluit unguento optimo: huius latitudo regalium cubitorum centum altitudo ut comode nare posses: porro apud eos balnea q̄ thermas dicunt domus magne sunt uitree cinamomo succense pro aqua ros tepidus in aenis uersatur Vtuntur autem uestibus purpureis tenuissimis ut aranee filis contextis. ii. corpora non habent. & impalpabiles sunt absq; carne. formam autem & effigiem solum habent: ac ostendunt. incorporei tamen cum sint stant mouentur: intelligunt uocemq; emittunt: Omninoq; similis uidetur eorum anima ut nuda quedam corporis similitudinem circumdata: Si quis autem non tetigerit non credet quod uidetur non esse corpus. Sunt enim ut umbre recte non nigre: Senescit nemo: sed ea manet etate qua se eo contulit. Deniq; hic nusq; est nos neq; clarissima dies. sed q̄ se crepusculum esse solet iam aurora apparente ante orientem solem talis lux terram habet. Quare & unum solum tempus anni nouere semper enim uer est unusq; uentus spirat zephyrus. At uero locus cū etis quidem floribus mansuetis plantis & umbrosis uiret. Que illic sunt uinee duodecies annis singulis florent. duodecies uuas reddunt. Mala uero granata ac mela ceteraq; pomifera terdecies dicebant. Si quidem lune ut uidetur cursu germinant: annoq; in. xiii. lunas diuiso terdecies reddunt. Pro frumento uero spice in summitate para. Interea in luna uersatus que uiderim queue noua & ni audita cognouerim dicam Primum quidem eos non ex mulieribus concipi sed nec quid sit femina omnino scitur nec masculus. Coeunt autem inuicem sine ulla sexus discretionē: cum tamen utroq; utuntur sexu Et enim ad quintum & uicesimum usq; annum omnes mulierum habentur loco eo autem supra non habentur sed habent. Concipiunt non in uentre sed in crurium posteriori parte. Vbi enim embrio cōceperit. tumet crus tandem suo tempore precidentes educunt mortua. Tum eadem aduentum hyantia proponentes mulcent & ad uitam excitant. Inde & mihi uidetur ad grecos illud de surrorum conceptu pro uerbum deuenisse q; apud illos surra uentris loco concipit Maiora horum enarrabo. Genns apud illos est hominum: qui dicuntur arborei. idq; nascitur tali ordine. Testiculum hominis precidentes i terram plantantium more defodiunt: indeq; exoritur carnea arbor maxima ut falli: falli arborea que nascuntur in superiori Syria altitudine ut ferunt centum & quinquaginta cubitorum. Habet quidem ramos & frondes fructus autem cubitales glandes Vbi maturantur deligentes in homines estingunt pendenda quidem habent positua: Aliqui quidem eburnea. Pauperes autem lignea: quibus creant. Postquam autem senuerit homo non moritur: sed ut fumus solutus. in aerem euanelcit. Cibis autem est omnibus unus. factio etenim lignea. ranas assant super prunas. Multe apud illos sunt rane per aera circumuolantes. his assatis circumsidunt ut ad mensam. trahuntque ad sensus ascendentes ex illis fumum & comedunt: Cibo quidem tali aluntur Potus autem illis est aer. expressus in cali

em: liquorem in se sumens ut rorem. Hi non egerunt. neq; mingūt. neq; eis duabus his necessitatibus ea in parte ut nobis natura fatifecit. utpote circa poplitem connubia qui consumant: quando quidem eo in loco est concipiens sexus. Pulcer ap̄ illos putat̄ caluus quis & sine coma. Comatos at̄ oderunt.

Apud eos uero qui cometas habitant stellas comati formosi habentur. Aduenerunt enim quidam q̄ nobis de illorum moribus narrauerunt. Barbam autem ad genua paulominus emittunt. & pedibus q̄ dem ungues non habent. sed monodigiti omnes. In speciem cauderamus quidam in longum emittit. continuo germinans. qui & resupino cadente non frangitur. Distillant item & mel pinguisimum qui que si quando labori infudant: uel luctantur. Corpus lacte deliniunt. & ut caseus inde coaguletur melle paululum distillante. Oleum autem e coepis educunt: maxime pingue: ac redolens ut unguentum: Habent & uineas plurimas & diuersas: ubi & uuarum racemi: uti grandinis sunt grana. Et mihi quidem uidetur: ubi uentus inciderit. uites illas quater: fractisq; tunc uuis. grandinem huc ad nos dimitti. Ventre ut sacculo utuntur quantum in eo cupiunt imittetes. Apertus etenim uenter est illis. & iterum clausus introq; neq; epar apparet. uel id solum. Nam densus est intus & obsitus ut paruuli cum algore frigent: in eum subeant. Amictis autem diuitibus uitreus & mollis: ceteris uero ereus contextus. Sunt etenim illa minerea loca & metallorum fecunda itq; aquam superfundentes: metalla ut lanam exercent. Quales autem habeant oculos omnino scribere non ausim ne forte me quis mentiri ob sermonis incredulitatem putet. Tamen & id quidem dicam. Oculos circum exactos habent: & cupiens accipit: ac custodit: quo ad uidere uolet. itaq; apponens uidet. Et multi quidem casu proprios amittentes ab aliis mutantur & uident. Sunt & locupletes qui plures habent oculos: occultos quidem: & in archanis seruos. Aures illis sunt platani folia preter eos qui ex glandibus formantur. illi etenim solum ligneas habent aures: Ceterum & mirabile aliud in regia conspiciatus sum. Speculum maximum supra puteum adiacens: non adeo altum. Huc in puteum si quis descenderit. cuncta audiet. que apud nos in terra loquuntur. Si uero speculum intuearis oēs quidem urbes omnes gentes uides: non secus q̄ si omnibus adesses. Tunc & ipse meos uidi: & patriam oēm. Quod si ipsi me uiderint. satis exploratum non habeo. Quod si quis forte erit incredulus neq; his credendum putet. cum eo perueniet. sciet me uera dixisse. Tunc salutantes Regem. & qui circa illum erant nauem ascendentes ferebamur. Abeunti autem mihi dedit En dymion uestes quidem uitreas duas: ereas uero quinq; Lupineamq; armaturam omnē: que in posterū amisi in ceto cuncta: Misit & nobiscum equo uultures mille: stadiis quingentis.

Nauigantes autem circa terrā illā plurimas alias prouincias dimisimus preterlubentes. Peruenimus & ad Luciferum nuper inhabitatum: ubi descendentes aquam hausimus. Hinc zodiacum introeuntes ad leuam quidem Solem pretergrediebamur circa terre illius marginem subnaugantes. neq; enī descendimus. & quidem fociis id summe cupientibus. Erat enim uentus qui nos a terra propelleret obuius. Contemplati tamen sumus prouinciam fecundam & pinguem optimarum aquarum & bonorū multorum plenam. Hinc & nos speculati nube centauri. ii. scilicet qui phetontis stipendia accipiunt: e lapsi uoluerunt in nauem: quicq; socios esse conspicati. otius abiere. lam enim equo uulturibus uale fecimus. Nauigantes autem succedentem noctem ac diem. delati uersus occidentem peruenimus ad lucernarum urbem. Sic enim illas uocant ita enim iter nostrum ad inferiora secantes. ea autem Ciuitas iter plyades & hyades stellas sita est. zodiacoq; multo inferior. Descendentes autem neminem quidem inuenimus. Lucernas autem multas decurrentes. & in foro & secus Portum deambulantes aliquas quidē paruas & ut egenas ex magnis autem & potentibus paucas. & illas ualde illustres ac nobiles. Domus illis & lichimi seorsum unicuiq; fiebant nomineq; appellabantur ut homines & uocem emittentes audiebamus. neq; nocebant magis autem uolebant. & hospicio suscipere. nos tamē timebanus: nec uel nostrum unus apud illas cenare est ausus. Principatus autem illis media in ciuitate celebrabatur. Hic per omnem noctem earum sedet princeps nomine unam quamq; compellans. Quecunq; non paret conuenitur ad mortem ut transfuga. Mors autem est extinguī. astantes autem nos considerabamus q̄ fiebant simulq; lucernas respondentes audiebamus causasq; quo iure tardauerant dicentes. Hic & lucernam nostram cognoui. interrogansq; exigebam: que domi sunt. ea autem mihi illa omnia enarrauit. Et noctem quidē illam cum eo mansimus.

Sequenti uero secedentes iam secus nubes nauigabamus: hic & cocchygiam uidimus nubium urbem: uidenteq; admirati sumus. neq; in eam descendimus. non enim mittebant flatus. Regnare autem in eo dicebant Coronem citofioni. Tum ego Aristephanis poete recordatus sum. hominis quidem sapientis & ueri & in his que scripsit frustra non creditus. Tertia autem ab hac die et oceanum iam manifeste uidebamus terram uero nunq; p̄ter aereas illas: & ipse quidem ignee & micantes mihi ut p̄fantasiam uidebat. Quarta at̄ die circa meridiē: molliter aspirate aura: & subsidete in mare deposuimus: Vt uero aq̄ attigim: mire ac supramodū letati fuim: oēsq; gaudiū ex p̄tibus faciebamus: & descendentes natuam digiti. n. pacatū & getū eē pelagus. sed ut uidet sepe mutatio i melius maiorū malox: s̄fueuit fieri



principium. etenim nobis duos tantum dies feliciter nauigantibus. illucente tertia: ad orientem solem repente bestias uidemus: ac cetos: & alia quidem multa: unum autem omnium maximum & magnitudine quatuor stadiorum quingentorum adueniebat: hians & maris multum turbans (spumaque circumfusis: Dentes habens his qui apud nos sunt fallis multo altiores. acutos omnes ut spinas & ebore candidiores. Nos quidem non fecus quam ad supremam horam inuicem uel facientes & implectentes prestolabamur. is autem iam aderat: qui ut uos absorbit: cum ipsa naui debeat. Non quidem contigit in dentes offendere sed per eorum raritatem nauis inducta intro concidit. Vbi autem intro conuoluti fuimus primo quidem tenebre erant & uidebamus profecto nihil: Tandem eo hiante: uidemus cetum magnū & omnino latum & altum: capacem quidem & decem milium hominum Ciuitati similem. Erant preterea in ipso aditu & parui pisces & alie quidem bestie multe concise: nauium uela: & ancore: & hominum ossa: & onera:

Circa medium uero terra & colles erant ut conuictio ex ea qua combiberat crassitudine accumulati. igitur & silua in his erat: & arbores omnigene: oleraque ac cuncta cultis ortis similia. Circuitus autem terre stadii ducenti & quadraginta. Erat autem uidere & marinas aues lates & Alcyonas in arboribus nidificantes. tunc uero plurimum lacrimati fuimus denique subleuantes comites nauis ereximus.

Ipsi quoque ex filicibus ignem excitantes: & accedentes: cenam ex his que aderant fecimus. Aderant etenim omnigenum piscium carnes aquamque e lucifero etiam habuimus. Sequenti uero e surgentes die. si qua do hiasset cetus. sepe quidem montes uidebamus quandoque solum celum sepe & insulas. Etenim & illud sentiebamus ferri concite ad omnem pelagi partem. Postquam autem mansione iam assueti eramus accipiens & Comitibus septem deambulabam per siluam cuncta lustrare ac explorare uolens. Nec dum quinque stadiis procul. inueni facellum quoddam Neptuni ut ex epigramate apparebat: Non post multum & sepulchrum & columnas desuper inuenimus. iuxtaque fontem educentis aquae: & canis etiam latratum audiuius. longeque apparebat fumus & tigurii quedam simillima. Stadio autem accedentes offendimus senem & adolescentem: sedule ac diligenter in ortulo sulcos quosdam facientes. ac per eos aquam e fonte diffundentes. Leti simul ac timentes constetimus. et illi quidem & nobis simile. merito passi sine uoce steterunt. Post uero multum temporis qui uos estis aduene dixit senex utrum ne ex marinis estis diis an uero infelices homines nobis similes: etenim nos homines. & in terra nutriti equorei nunc sumus: tenemurque hac bestia circumclusi. neque que patimur satis nouimus mori quidem uidemur uiuere autem credimus. Ad hec. & nos homines inquam sumus o pater ipsa cum nauis nuper absorbiti. Accessimus autem nunc auidi scire que in silua sunt quomodo se habeant. multa enim nobis & densa uisa est. Deus autem ut uideretur nos duxit te scilicet ut uideremus sciremusque nos in hac bestia includi non solos. Sed differe nobis tuam ipse fortunam. quisque es & unde huc introieris: is autem inquit non dicam neque que apud me sunt scietis: in primum hospicio recepti ex presentibus bonis me dante accipietis. Simul quoque manus accipiens: nos duxit in domum parauit confestim & abunde tum subsellium ponens. aliaque extruens olera nobis & cepas apposuit: & pisces uinumque etiam ministravit. Vbi uero uentri pro mensura satifecimus exigebat a nobis senex que passi fuimus. Tum incipiens ego cuncta sibi ex ordine enarraui. hiememque illam. & que in insula nobis contigerant aerearamque exinde nauigationem & prelium: ceteraque usque ad ceti abortum. is uero admiratus supramodum: & ipse ex parte que circa eum fuerant enarrabat dicens. Genere quidem hospes sum Cyprius egressus autem e patria: ad mercaturam cum filio quem uidetis aliusque familiaribus meis multis nauigabam in italia. nauis quidem magna. uariisque mercibus onerata. quam forte in ore ceti dissolutam uidistis: igitur in Siciliam usque feliciter nauigauimus. Inde uiolento flatu ablati: tertiam post diem in oceanum delati fuimus. Hic in cetum incidentes. & cum nauis: ipsique comitibus aborti ceteris morientibus duo nos euasimus: Tumulantes autem illos. Templum Neptuno ereximus. in posterum eam degentes quam uidetis uitam. Olera quidem ex orto habemus: uelcimus exinde piscibus & cepis: Multa autem ut uidetis est silua. & certe uineas habet plures e quibus dulcissimum nobis uinum nascitur fontemque non minus optima & frigidissima aqua. Lectulum autem e fronde substernimus. & ignem copiose succendimus aduolantesque aues deprehendimus. aucupio piscamur & uiuentes pisces: ad raucum bestie guttur exeuntes hic & abluimus. siquando cupimus. etenim stagnum est non longe stadiorum uiginti circumferentie quodcumque in se piscium genus habens in quo & namus. & nauigamus parua cum cymba quam ipse compegi. Annos autem a ceti abortu septem & uiginti connumerauimus. Et alia quidem eque ferre possemus. sed uicinus nobis & incolis ualde malis & honorosis offendimur inuitibusque & acerbis. Pape inquam ego & alii quidam sunt in cetis: multi quidem inquit & inmansueti: ac uisu deformes. Nam occidentalem in primis siluæ partem Tarichanes inhabitant. gens oculis quidem anguillinis. & facie gambarea bellatrix furibunda ac mordax. Aliam que ad dextrum deducitur latus: Tritonomedites tenent: superioribus quidem partibus hominibus similes: murilegis uero inferioribus. hi quidem aliis minus inuites sunt. Ad

ledam uero Cartinothires ac Thynocefali: federa adiuicem & auxilia habentes. Mediterraneam de  
 niq; paguride ac psitopodes genus bellicum & cursatile. Que ad orientem ad ipsum scilicet bestie os  
 uergunt deserta ut plurimum sunt & a mari stagnantia. Tamen & hec ego teneo uectigal psitopodis  
 exoluens annis singulis ostreas quingentos: & ea quidem prouincia talis. Vos autem prospicere oportet  
 quemadmodum possimus tot cum gentibus preliari. & quo iure uiuamus. Quot inquam ego omnes  
 enim plures inquit Mille. Armis autem quibus imituntur nullis inquit nisi tum panem omitunt.  
 ut fungos esse uidemus. Fontes sunt per Ciuitatem aque quidem quinq; & sexaginta ac trecenti mel-  
 lis autem totidem unguenti quingenti. Verum & ii: minores sunt: flumina lactis septem: & uini octo.  
 Conuiuium autem celebratur foris ciuitatem in elyio campo. Etenim paratum e pulcherrimum id-  
 q; circum omni arborum specie consitum umbram discumbentibus ex se pferens: Lectum autem sub  
 sternunt e floribus. Ministrant quidem ac cuncta afferunt uenti. prater uinum miscere. Siquidem eo  
 non indigent. Nam ad mesarum circuitu arbores sunt uitree magne emicanti uitreo: Harum fructus  
 calices sunt omni specie operis ac magnitudinis ubi autem quis ad conuiuium penetrauerit unum uel  
 ex calicibus duos uindemiens mensis apponit iug; confestim replentur. Pro sertis uero hyrundies mu-  
 siceq; uolucres. cetera flores e proximis pratis ore legentes cum cantu circa ac supra uolantes. infra de-  
 mittunt. discumbentibus odorem suauissimum ingerentes. Ceterum dense nubes unguentum com-  
 bibentes e fontibus ac flumine supraq; conuiuium sparfe prementibus uentis leniter ut tenuissimum  
 rorem distillant: Musice & cantilenis maxime uacant Cantantur autem in primis Homeri uersus ipse  
 q; Homerus adest cum hisq; conuiuat: supra ulixem discumbens: igitur & choree sunt e pueris ac uir-  
 ginibus. Ducunt autem choreas & concinunt. eunomus lacrus. Arion lesbicus: & Anacreon: & stesico-  
 rus. Nam & hunc apud eos uidi iam sibi helena reconciliata. Vbi autem enim quieuerint. secunde cho-  
 ree accedunt e Cignis. Phylonaenis: ac hyrundinibus. Post has iam tota filua modulatur: ducentibus ue-  
 tis: idq; maximum ad leticiam habent. fontes duo sunt circa conuiuium unus quidem risus. Alter leti-  
 cia ac uoluptatis: ex ambobus his principio omnes bibunt in conuiuio nihil omnino prius degustan-  
 tes. Reliquu exinde leti ac ridentes exigunt: Volo & ex insignibus uiris quos apud eos uidi dicere om-  
 nes quidem femideos: qui & sub illio militauerunt: preter Locréssem aiacem: illum solum dicebant in im-  
 piorum loco multari Barbarorum autem utruq; Cyrum Scytemq; Anacharsim: & Tracem Hamol-  
 xim. Numamq; italicum: necnon & lacedemonensem. Licurgum: & Focionem & tellum Athenienses  
 & preter Periandrum sapientes omnes uidi & Socratem Sophronischi cum Nestore & palamide uer-  
 sari: circa quem hyacinthus lacedemonius. ut Thepiseus narcissus & Hylas aliq; boni. uidebatur autē.  
 ad hyacinthum magis deflecti & id multis argumentis. Dicebant autem Radamantem sibi irasci mina-  
 riq; sepenumero: uelleq; illum a sacra insula excludere: si stulte aliquid admitteret neq; obmissa teme-  
 ritate conuiuari uelit. Solus plato non ad erat sed fictam ab eo Ciuitatem inhabitare dicebant utentē  
 policia & legibus quas ipse conscripsit. Qui quidem circa Aristippum & epicurum erant: primi apud  
 eos habebantur: cum leti essent & alacres & ad bibendum paratissimi Aderat & esopus frigijs: &  
 quot ad risum facile mouent: Diogenes quidem sinopeus tatum a pristina uita mutatus erat: ut coniu-  
riéndū ē plures lybie fluuios ostiis & cursu nilo similes dissimili eē argumēto: cum hyeme impleant: qui æstate sint exiliores. Ex quo arguitur nō recte sensisse auctorem. Agathargines gnidius propius ueritatem accessit. Ait enim singulis annis per æthiopiæ montes continuos ab æstuali solstitio usque ad æquinoctium autumnale imbres fieri: haud mirum igitur nilum hyeme compressum secundum naturam iis aquis fluere quas fontes subministrant: æstate uero propter imbres incrementum capere: licet autem hucusque certam huius incrementi rationem reddiderit: non tamen nostra opinio contemnenda est. Multa enim preter naturam fieri uidentur: quorum causas difficile est ad unguem noscere. Non nulla huic rei sunt argumenta: quæ in aliquibus asiæ locis fiunt. Montes & enim scythiæ caucaso contiguos annis singulis: iam exacta hyeme immensæ niues continuis pluribus uel diebus opplent. In oris india: quæ ad septentrionem uergunt certis temporibus plurimæ grandines incredibili magnitudine descendunt. Apud Idaspem fluuium æstatis initio continui imbres pluunt. In æthiopia uero post dies aliquot idem contingit. Non ergo procul a uero esse dixerim ex æthiopiæ montibus: quæ ægypto adiacet continuos imbres incrementum fluuii præbere: præsertim cum etiam barbari ea incolentes loca huic rei testimonium ferant. Si autem: quæ de nilo feruntur contrariam habent iis: quæ apud nos esse dicuntur: naturam: non tamen propterea fides rebus detrahenda est. Et enim notum apud nos pluias afferre uidemus: æthiopiis serenitatem. Et uentos quoque boreæ in europa esse uehementes in illius uero regionibus remissos. Et de nili inundatione ne modum excedamus: hætenus. Quoniam hunc librum in duos: ne modum transgredere mur: partiti sumus ab soluto priori: secundus nobis ordinandus est. In quo de antiquis ægypti regibus: deque iis: quæ priscis temporibus acta sunt: differemus.

Finit liber primus: incipit Secundus: in quo hæc continentur.

Gesta regum ægypti usque ad amasum regem.

De sepulchris pyramidibusque ægypti: quæ inter septem miracula a numerantur: & eorum conditoribus.

De legibus ac iudiciis ægyptiorum.

De animalibus diis apud ægyptios sacris: eorumque cultu.

De moribus quos in sepeliendis mortuis seruant.

De græcis excellentibus doctrina uiris: qui eruditionis gratia in ægyptum profecti sunt.

VM primus liber propter ipsius magnitudinem in duos sit libros diuisus: prior totius operis proœmium continet: & quæ de mundi creatione deque prima omnium origine ac de diis: quas uel sui nominis in ægypto condidisse urbes ægypti tradant Primum insuper hominum ortum & eorum priorem uitam. Præterea honores immortalium & templorum ædificatiōem. Tum describitur ægypti situs. & quæ de nilo præter opinionem feruntur: eiusque inundatione: quid uel de ea: tum historia: tum philosophi sentiant: & in ea re scriptorum dissensio. Hic autem liber continuato superioribus scribē

Aegyptiorum uita  
Agrosif herba  
Domus  
Aegypti panis lotos.  
Menas rex  
Mercurii inuenta  
Reges quæ Orus rex  
Diodori ætas  
Dionysius nonus  
Cambyses

di genere: priscorum ægypti regum ad amasum usque regem gesta continens: a primæ uæ ægyptiorum uita initium sumet. Priscis uisum ægyptiis herbas ac palustres caules radiceque: quas gustu experti comprobassent: fuisse tradunt: eaque: quam agrosim dicunt: herba tum præcipua dulcedine tum hominibus ac iumentis utile in primis usus: Eius utilitatis memores ad hoc usque tempus uiri: hac manu decerpta deos ornat: existimantes hominem limosum ac palustre animal esse: sumpta coniectura: tum ab eius humili naturalique ortu: tum quia magis humidis: quam siccis egeat cibis: pisces deinde secundum cibum ægyptiis fuisse tradunt: nilo eorum copiam præsertim cum decrescens in alueum redit ferente. pecorum quoque carnibus uescentes. quidam eorum pellibus pro ueste utebantur. Domos ex arundinibus conficiebant: cuius rei uestigia penes ægypti pastores permanere: hucusque nulla alia nisi ex talamis facta habitacula probet. Hac uita plurimo tempore exacta: postmodum aliis fructibus: iniquis panis erat ex loto factus: uelci caperunt. Horum inuentionem quidam ad Isidem: quidam ad antiquiorē nomine Menan referunt ægypti regem. At uero sacerdotes: disciplinarum artiumque repertorē mercuriū fuisse tradunt. Eorum uero: quæ ad uitam spectant: reges. Quapropter antiquius non ad principantium progeniem ferebantur regna: sed ad eos: qui plurimum de hominum uita meriti uiderentur: siue ob cōmunem utilitatem creante sibi reges populo: siue ita in libris sacris contineretur. Eorum nonnulli fabulantur deos primum & heroas in ægypto paulo minus decem & octo milia regnasse annos. Deorumque postremum orum isidis regno potitum: homines uero paulo minus annorum quindena milia usque ad centesimam atque octogesimam olympiadem: quo tempore in ægyptū transcendimus regnante ptholomæo: qui nonus est dyonisius appellatus. Ægypti maiorem partem tenuere reges indigentes: paucæ æthiopes: persæque ac macedones. æthiopes quattuor: non continuis sed diuersis temporibus: regnarunt annis ferme sex & triginta. Persæ duce cambyse rege: qui ægyptum armis subegit: annis centū trigintaquinque: quorum insolentiam crudelitatemque: atque in deos patrios impietatem damnantes ægyptii ab eis postmodum desciuere. Postremi macedones: & qui ab eis manarunt: annis ducentis septuaginta sex ægyptiis imperarunt. Præter hos temporibus reliquis ægyptii omnes regnum tenuere uiri quidem quadringenti septuaginta: mulieres quinque: Quæ omnia sacrorum librorum monumentis sacerdotes a priscis illis temporibus scripta: posteris reliquerunt: cuiuslibet regum magnitudinem: naturam: mores: ætatem: gesta scriptis mandantes. Nos autem: cum de quoque singulatim tradere longum nimis su

perfluumq; esset. iis quæ digna memoria uidebuntur contenti: historiam cōtexemus. Primum post de os in ægypto regnasse ferunt Menan: qui populos colere deos: sacraq; his facere: menfas in super: & lectos sternere docuit: delitiis assuefaciens & cultiori uitæ. Qua ex re multo post tempore gnefactū uoc choridis sapientis patrem dicunt in arabiam cum exercitu profectum: commeatu in locis desertis atq; asperis deficiente: coactum esse cibum uilem ab idiotis: qui forte occurrerant: sumere. Quo lætatum: cum prætermodum suauis uisus esset: despexisse aiunt atq; abominatum esse: qui primus regum sumptuosiore cibo esset usus. Adeo autem sibi: tum cibus: tum potus: tum lectus humilis cordi fuit: ut hoc in libris sacris inscribi impetrarit: ac thebis in templo iouis poni. Eam causam ferunt: cur nulla menæ gloria aut honor ad posteros manarit. Huius regis deinceps progenies: regnum tenuit quinquaginta duo reges anuis mille & quadraginta: a quibus nil memoria dignum prodiit. Busiris deide octoq; ab eo posterio regnarunt: quorum ultimus Busiris quoq; nomine ciuitatem condidit magnā: solis urbē ab ægyptiis: a græcis uero thebas appellatam. cuius mœnia centum quadraginta sint stadia ambitu complexa: Eam magnis ædificiis ac speciosis deorum templis: aliisq; ornamentis pulcherrimis exornauit. Simili modo & priuatorum domus usq; ad quartam aut quintam contignationem construxit. Ciuitatem in super omnem: omnium non ægypti solum: sed aliarum orbis omnium reddidit fœlicissimā. Huius urbis propter eius potentiam excellentiāq; ubiq; diffusam & poeta meminit iquies ægypti thebas ornatas ædificiis: in qua centum sunt portæ inq; earum qualibet custodes ducentos excellere equis & curribus. Quidam asserunt non centum portas fuisse ciuitatis: sed plures egregiaq; templorum portas a quibus centum sit: tanq; plurimarum portarum dicta. Ex ea uiginti milia curruum ad bellum prodire: receptacula quoq; equorum centum quorum singula supra ducentos equos caperent: iuxta flumen iter mēphim ac thebas libyam uersus fuisse aiunt. Eorumq; etiam nunc uestigia monstrari. Non solū uero hūc regem: sed & qui post eum regnarunt: multa accepimus ad huius ciuitatis amplitudinem atq; ornamenta contulisse. Donis præterea decorasse pluribus aureis: argenteis: eburneis: statuis isuper colossorum instar: atq; obeliscis ex unico lapide factis: ut plane constet nullam sub sole urbem ita fuisse exornatam. Ex quattuor enim templis pulchritudine magnitudineq; admirabile constructis: unum erat antiquissimum: cuius circuitus stadiis tredecim pateat. Altitudo cubitis quinq; & quadraginta: muri latitudo sit pedum quattuor & uiginti. Respondere huius templi magnificentiæ aiunt ornamentorum cultū: quā uis magna impensa sit & mirando opere constructum. Ea structura usq; ad posteriora pmanit temporaria. Aurum uero argentum ebur & lapidum sumptus atq; ornatus a persis ablata: quo tempore cambyses ægyptiorum templa combussit. Transiulisse quoq; in asiam ab ægypto ferunt non solum ornamenta rerum plurima: sed & artifices: quorum opera regiæ insignes: tum in psepilum in susis: tum in medis sint constructæ: Tantam pecuniarum copiam in ægypto fuisse tradunt: ut ex incendis: quæ omnia absumpserunt: inter cætera paruū licet quid auri: quod tamen ultra trecenta talenta sit pensum: affluerit: argenti uero duo milia & trecenta. Sepulchra quoq; regum priscorum mirabili opere & quæ minime æquari a posteris possent: fuisse aiunt. Referunt sacerdotes septem & quadraginta sepulchra regia quorum usq; ad ptholomæū lagum decem & septem tantum supererant: in eorum libris scripta contineri: & eorum etiam plurima (quo tempore ad ea loca accessimus) absumpta erant olympiade centesima atq; octogesima. Non solum uero ab ægyptiis sacerdotibus hæc traduntur: sed græci quoq; plures: & in his hecathæus: qui ptolomæi lagi tempore thebas profecti historias ægyptias scribere nobiscum sentiunt: de prioribus enim regum sepulchris: in quibus traditur iouis pellices fuisse conditas: recēsens singula: regis monumentum: qui simandius dictus est: fuisse tradit stadiorum decem. Cuius aditu porta erat uario lapide constructa. Et huius longitudinem duorum iugerum: altitudinem quinq; & quadraginta cubitorum fuisse ait. Post hanc ingredientibus aderat lapideum: peristilum quadratum: cuius singula latera iugera quattuor complecterentur. In eo pro columnis animalia erant sita ex unico lapide decem & sex cubitorum ad antiquam formam fabricata. Textura omnis superior tecti confecta ex lapidibus duorum passuum latitudine uariisq; stellis ceruleis ornata. Ex hoc deinceps alter erat æditus: & in eo porta priori similis: sed sculptura uberiori. In ingressu statuæ tres positæ erant ingentes unici lapidis: Mēnonis opus. Harum una sedens: cuius pedis mensura septem excedebat cubitos: cæteras ægypti status magnitudine supabat. Duæ præterea usq; ad genua: altera a dexteris: altera a sinistris filia & matris minores positæ. Hoc opus non solum magnitudine conspicuum: sed arte mirabili & lapidum natura excellens fuit: cum in tanta mole neq; fissura quæpiam: neq; macula inesset. Scriptum erat in eo rex regum Simandius sum. Si quis qualis fuerit: & ubi iaceam nosse uelit: meorum aliquid operum exuperet. Esse quoq; & aliud signum matris ferunt unico lapide cubitorum uiginti: habens supra caput regias tres: quæ ostenderent filiam uxoremque se & regis matrem fuisse. Post hanc portam & aliud erat peristilum nobilius superiore sculpturis uariis: in quo bellum erat contra bactrianos: quibus regis filii imperabant desciscentes ab eo gestum. hos aduersus: quadringentis milibus peditum: equitum uiginti: in quattuor partes diuiso exercitu: cum profectus esset: prima muri pars obsidionem urbis sculptam continebat: ab ea parte: qua fluuius muros abluuit. Rege deide cum partē hostium congresso: leo una cū eo in pugna hostes in fugam uerterat. Scriptores qdā uerā historiam fuisse leoniscq; opa domi enutriti regem in pugna uti solitum ad uictoriam ferunt. Alii ob fortitudinem corporis præcipuā leonis simi-

Menas  
rex  
Deog  
cultus  
Gnefactus

Busiris  
Thebæ  
Solis  
urbs

Tēplum  
mirabile

Simadi  
us rex

Simadi  
us rex

titudine: corporis animiq; vires ipsum ostendere uoluisse. Secundus paries sculptus erat captiuis absq; pudendis manibusq; a rege ductis: quæ nota erat illos esse animo uiles: & corpore imbecilles: Tertium latus sculpturis uariis picturisq; decoris: regis sacrificia triumphumq; deuictis hostibus continebat. In medio peristilo latere statuæ iacebant duæ ingentes ex unico lapide cubitorum septē & uiginti: ad quas tres ex peristilo aditus patebant. Has prope: domus erat columnis suspensa: cuius latus quodlibet duo iugera complectebatur. In ea statuæ lignæ positæ haud paruo numero repræsentantes tum: eos: qui de re dubia disceptarent: tum respicientes eos: qui in iudiciis sententias ferrent. Hi ab una muri parie sculpti triginta numero erant: & in medio iudicandi principes: cuius a collo suspensa ueritas pederet: & oculis esset subclausis librorum cumulo circumstante. Hæ imagines præse ferebant iudices itegros esse debere. prætorem solam inspicere ueritatem. Dehinc deambulatorium erat domibus plenum: inq; eis diuersa epularum genera suauia gustui præpata. Sculptus deinde eminens cæteris rex uariis coloribus: aurum atq; argentum quæ ex aureis argenteisq; metallis annuatum cæperat: deo offerens. Inscripta quoque summa erat omnis in argentum redacta: minæ terdecies centena & ducenta milia milium. Sequebatur dehinc sacra bibliotheca: in qua inscriptum erat animi medicamentum. Erant deinceps ægypti deorum omnium imagines: regis quoq; dona ferentis: quæ cuiq; competere deo: ostendentis insup & osiridem & posteriores reges: tum in deos cultu: tum inter homines iustitia: plurimum uitæ mortaliū profuisse: pone bibliothecam domus sita erat egregia: qua uiginti essent iouis ac iunonis lectisternia. Regis insuper statuæ: ubi & regis corpus sepultum uidebatur. Hanc circūastabant plurima habitacula: in qbus picta cernebantur animantia ægyptia singula sacris apta omnia sepulchrum uersus ascendentia. Circuibat monumentum aureus circulus cubitis trecentis sexaginta quinq; unius cubiti (spissitudine). In quo descripti erant per singulos cubitus dies anni: & astrorum ortus atq; occasus: quid ue ea secundum ægyptios astrologos obseruata significarent. Eum circulum ferunt: & cambyses & persæ quo tempore ægyptiis imperarunt: ablatum. Hoc simandii monumentum non solum cæteris oibus sumptuosius: sed & artificio excellentius fuit. Thebei quidem se antiquissimos omnium profitetur: primūque philosophiam ac astronomiam ab ipsis repertas. Seq; a regionis situ adiutos ad cognoscendos orientium ac occidentium astrorum motus: insuper & menses ab eis & annos esse institutos: Dies non secū dum lunam: sed secundum solem metiuntur triginta dierum mensem conficientes: Quinq; autem dies & quartum duodecim mensibus adiungentes anni cursum pficiunt. Intercalares menses non interponunt: neq; dies subducunt: sicut & græcorū quidem: Solis & lunæ defectus diligenter scrutati sunt: Ex quibus multa futura prædicere cæperunt. Ab huius regis progenie profectus postea Ogdous: qui uchorens cognominatus est: Memphim condidit ambitus stadiorum centum & quinquaginta: urbem omnium ægypti præclarissimam opportuniori totius eius oræ loco: ubi nilus i plures scissus partes efficit formam delta. Quo fit ut tanquam in nili claustro posita aditum præbeat prohibeatq; ad superiora loca nauigantibus. Vrbs munita est: ac optime sita: nam fluente iuxta eam nilo ad cohibendam aquarum inundationem uersus notum aggeres ingentes opposuit: & incremento fluiui præsidium: & ad uersus hostes: qui a terra irent munimentum. a partibus cæteris undiq; effossus est lacus ingens ac profundus: qui superabundantia fluminis in eum delata: ac locis urbi uicinis: excepto aggere: aqua repletis urbem effecit munitissimam. Talem igitur eius urbis conditor loci opportunitatem elegit: ut posteri reges ferme omnes relictis thebis & regiam & habitationes in ea ædificarint. Quapropter deinceps diminuta thebarum magnificentia: aucta Memphis usq; ad alexandri macedonis tempus. Is urbem sui nominis iuxta mare condidit: in augmentum cuius postea reges ægypti omnes incubuerunt. Hanc ciuitatem quidam deorum donis plurimisq; decoris rebus adeo exornarunt ut prima apud quosdam: aut secunda in orbe habeatur. Sed de hac separatim posterius dicetur. Memphis conditor post structum aggerem stagnumque effossum regiam ædificauit haud inferiorem reliquis: quæ alibi constructæ sunt. Superiorum uero regum magnificentia atque ornatu imparem ægypti sane omnino paruifaciendum præsens uitæ tempus esse putant. Futuri uero gloriam: quæ uirtute comparatur maximi extimadum. Domos nostras diuersoria appellant tanquam breui tempore a nobis inhabitandas. Defunctorum sepulchra sempiternas domos: quoniam apud inferos infinitum sit tempus: uocant: Ideo domus ædificandæ curam contemnunt. Circa sepulchrorum magnificentiam summum studium operamque impendunt. Memphim quidam a conditoris filia denominatam uolunt: Eius amore fabulantur nonnulli captum nilum fluiuium: taurique forma compressisse mulierem: exque ea genitum: quem propter uirtutem incolæ ægyptum dixere: a quo & regio sit omnis denominata. Hic cum regnum cæpisset perhumans ac iustus fuit: inque singulis excellens: Qua ex re comprobata ab omnibus eius erga singulos beniuolentia: hunc honorem nominis sortitus est. Hoc defuncto rege duodecima post eum proles ægypti regnum possedit nomine miiris: ædificauitque in memphi boreale propylæum opus reliquis excellentius. Supra ciuitatem decem stadiis lacum effodit: miranda utilitate: magnitudine operis incredibili: cum pateat ambitu stadiis tribus milibus sexcentis Profundum eius quibusdam in locis sit ulnis quinquaginta: ut qui rei magnitudinem aduertat: Eius in omnes ægyptios beneficentiam regisque prudentiam nullis pro meritis satis laudare posset: nam cum nili incerta sint incrementa: & ab eorum modo fructus terra præbeat: lacum hunc effodit aquæ iundantis receptaculum: ne cum supra modum excre

Veritas

Thebei  
 philoso-  
 phia  
 Astro-  
 noia  
 Mensis  
 Annus  
 Eclipses  
 Ogdous  
 Mēphis  
 Delta

Alexan-  
dria

Gloria  
 Domus  
 Sepul-  
 chra  
 Mēphis

Aegyptus  
 rex  
 Miiris  
 rex  
 Lacus  
 ingens

fceret stagnantibus præter: solitum aquis: limo superfluo patria inutilis redderetur: ne ue ex defectu  
 aquæ fructus ex siccitate perirent. Fossam uero a fluuio duxit ad lacum stadiis octoginta quinque: iuge  
 ris latitudine. Per hanc fluuii aqua & recepta & prohibita præbet agricolis fertilitatem. Nunc aperto  
 ore fossæ: nunc clauso iuxta incrementi modum: non absque magna impensa. Cum quinquaginta talē  
 tis opus sit siue claudere siue referare os fossæ uelint. Permansit hoc stagnum summa ægyptiorum uti  
 litate usque ad nostram ætatem a cōditore Miride appellatum. Relictus est a rege: qui eum effodit: in  
 eius medio locus: in quo sepulchrum ædificauit duobus super impositis pyramidibus altitudine stadii.  
 una sibi: altera uxori. Super his statuas quoque duas lapideas collocauit in throno sedentes. existimans  
 his operibus relinquere suæ uirtutis memoriam immortalem. Vestigal piscium: qui in stagno capiebā  
 tur: uxori concessit: tum ad unguentorum usum: tum ad reliquum corporis cultum. Id talenti argētum  
 singulis diebus pendit. Traduntur duo & uiginti piscium genera in eo esse: Tantumque eorū capi mul  
 titudinem: ut abunde præbeat his: etiam cum plurimi sint: qui salientis piscibus operam præbent: post  
 Miridem prole septima Sefosis rex factus superiores omnis gloria & rerum magnitudie excessit. Sed  
 quoniam de huius regis gestis: non solum græci scriptores: sed etiā ægyptii sacerdotes: & qui cantu eius  
 laudes ornant non eadem sentiunt. Ex his tum: quæ supersunt uestigijs: tum in quibus scriptores cōue  
 niunt: similia ueri conscribemus. Post eius ortum: pater decorum ac regum opus aggressus est. Nam  
 ex tota ægypto omnibus: qui eadem die: qua filius: nati erant: infantibus cōgregatis: nutriti educari ac  
 singulos eadem disciplina exercitioque erudiri fecit: existimans hoc pacto simul educatos atque instru  
 ctos tum amiciores inuicem: tum audentiores melioresque in bello fore. Hos continuo usu ad malorū  
 patientiam exercebat: Non enim licebat alicui cibum: priusquam cursu centum octoginta stadia con  
 fecisset: capere: quo exercitio omnes uiri euaserant: & robusto corpore & animo præstantes. Primum  
 sefoosis in arabiam cum eorum qui simul nutriti erant: exercitu a patre missus assuetusque uenatus: ac  
 cibi potusque abstinentiæ: omnem eam gentem subegit liberam antea & seruitio insuetam. Deinde in  
 libyam profectus: maiorem eius partem in ditionem adhuc adolescentior redegit. Defuncto patri cū  
 in regno successisset: rebus ab se gestis elatus adiecit animum ad imperium orbis. Dicunt quidam a fi  
 lia illum athyrta ad monarchiam hortatum: eamque ingenio ac prudentia præstantem docuisse patrē  
 facillime ex eo exercitu imperare omnibus posse. Alii eam ferunt diuinationis peritam futura: tum ce  
 lestibus signis: tum sacrificijs nosse. Afferunt & plures patri post natum sefoosim: in somnis uulcanum  
 prædixisse infantem genitum toti orbi imperaturum. Eamque fuisse causam: cur filium cum coæuis:  
 ut diximus: pueris instituerit assuefeceritque regiæ eruditioni: quo dignior esset: qui imperio potiret:  
 Sed iam uir factus cum dei prædictionem nosset: magno animo parauit exercitum. Verum in primis:  
 quo facilius optata perficeret: sibi omnium ægyptiorum beniuolentiam cōciliauit: ut & milites pro eo  
 rum ductibus ad oppetendam mortem promptiores redderet: & qui in patria reliqui essent: nouis re  
 bus abstinerent. Omnes uero beneficijs affecti. Hos donauit pecunijs: alios agris: nonnullos remissioe  
 pænæ singulos oratio est & humanitate deuinxit. Omnes: qui in regem deliquerāt: dimisit impunitos.  
 Ob æs alienum uinctos: magna hæc multitudo erat: soluit. ægyptum omnem in sex & triginta regio  
 nes: quas leges dicunt: diuidens: cui libet prætorem: qui & tributa regia exigeret: & pro regionis uarie  
 tate commodoque omnia exquireret: præfecit. Ex robusto milite exercitum elegit: quo animi consilia  
 perficeret. Fuere pedestres copiæ milia hominum sexcenta: equitum milia quattuor & uiginti. Currus  
 bello apti octomilia & uiginti. Deinde uarios duces ex his: qui una secum nutriti erant exercitui præpo  
 suit: uiros exercitatos bello & a pueris uirtuti deditos. Hi erant numero amplius mille septingenti: fra  
 terna omnes mutuaque erga regem beniuolentia. Quibus distribuit agros fertiles: ut rebus necessari  
 is fultu nullaque ducti inopia liberius militiæ uacaret. Præparatis ad bellum rebus primum æthiopes  
 qui ad meridiem spectant: aggressus uictos acie tributum pendere compulit: hebenum aurū & elephā  
 torum dentes. Deinde ad mare rubrum classe quadringentarum nauium missa: Primus omnium lon  
 gis nauibus usus: & insulas omnis eius oræ sibi subdidit: & partes maritimas usque ad idos subiecit. Asi  
 am quoque omnem pedestri exercitu deuicit: neque solum prouincias expugnauit ab alexandro post  
 modum subactas: sed & gentes quasdam: ad quas nunquam alexander accessit. Nam & gangem tran  
 sivit: & uniuersam mediam usque mare oceanum peragrauit. Scytharum quoque gentem ad tanaim us  
 que fluuium: qui europam ab asia diuidit: pertransiit. Ibi multis ægyptiis iuxta meotim paludem reli  
 ctis: colchorum genti originem præbuit. Hanc nationem ab ægyptiis manasse argumento esse dicūt:  
 quod apud eos pueri ægyptiorum ritu circuncidantur: priscum morem: quē & iudei secuntur: colonia ser  
 uante. Asiam quoque reliquam sibi parere coegit Cycladas insulas maiori ex parte potitus est: transcē  
 dens in europam omnemque thraciam pertransiens: periculum exercitus subiit: tum propter iopiam  
 frugum: tum locorum asperitate. Finem expeditionis in thracia statuens: multis in locis ab se deuictis co  
 lumnas erexit in quibus: ægyptiis: quas sacras dicunt: litteris scriptum exstat. Hanc prouinciam armis  
 subegit rex regum principantium Sefosis. Columnam insuper statuit: in bellicosus quidem ab se supe  
 ratis gentibus: hominis pudenda: In his uero quæ essent imbelles ac timidæ: muliebria habentem scul  
 pta: apotiori hominis parte gentes ab se deuictas ostendens. In locis quibusdam statuam suam lapide  
 am ea: qua tunc erat: ætate reliquit: arcum & iaculum tenentem supra quattuor cubitorū magnitudinē.

Sefosis  
rexpueri cō  
tinentesSefosis  
rexAthyr  
tiaNauis  
longæTanais  
f.  
Colchi

Ipse cum summa humanitate erga omnes subditos usus esset: ommissa post nouem annos armorū cura: statuit singulas gentes quotannis ad se dona in ægyptū ferre. Cum omnibus deiceps: permagna ea uis erat: captiuis spoliisque deuictarum nationum in patriam rediens: maximis ab se rebus gestis: & quæ superiorum acta excederent: tēpla deum omnia ægypti donis insignibus ac spoliis hostiū ornauit. **Militēs:** quorum optima in bello opera usus esset: pro meritis donauit. Neq̄ solum ex hac expeditione ditari rediere milites: sed & ægyptus uniuersa maxima rerum copia utilitateq̄ cumulata est. Fine bellis īposito: militibus: quorum spectata sibi uirtus erat: quæ parta erant concessit. Ipse gloriam sempiternā appetens magno sumptu opa per multa edidit: & sibi immortalē laudem comparans: & ægyptiis in posterum securitatem. Primum a diis incipiens in singulis ægypti ciuitatibus templum ei deo cōstruxit quē præcipue colerent. Ad eorum structuram: non ægyptiorum: sed quæ: cæperat: seruitiorum opera usus est. In omnibus uero inscripsit templis: nulli ægyptio ad id opus se grauem fuisse. Afferitur autem seruos babilonios operum labore calamitateq̄ pertesos: a rege desciscientes: cum pone oram fluminis cōsedissent: bellum ægyptiis mouisse. Tandem assignatis sibi: quos cæperant: agris cōdidisse urbem: quā a patria babiloniam dixerunt. Eadem ex causa & appellatam troiam ferunt etiam nunc iuxta nilum sitam. Nam cum menelaus ab ilio ad ægyptum cum captiuorum manu nauigasset: troiani ab eo discentes cum ipso aliquandiu pugnarunt: quoad data libertate urbem condidere patriæ nomen sortitam. Haud uero incius sum Ethesiam gnidium diuersa de his ciuitatibus scripsisse. Illos uidelicet: qui cum semiramide ad ægyptum penetrassent: has ab se conditas urbes suorum nomine appellasse. Sed de his uerum scrutari difficile est. Nos: quæ scriptores tradiderint: rettulimus: quo posteri uerum iudicium se qui possint. Per multos insuper ac magnos erexit Sefoosis aggeres: in quibus ciuitates: quæ in humili solo erant: construxit: quo homines pecoraq̄ ab nili inundatione tuta redderēt. In omni uero ora: quæ a memphi ad mare spectat: frequentes a fluuio duxit fossas: quo fructibus breuiori itinere faciliusq̄ in uectis: maior rerum copia esset. Quod uero maximum fuit: muniit & ea loca: quibus ad ægyptum paterere hostibus ingressus posset. Antea potior fere ægypti pars omnis aditu facilis: propter frequentes a fluuio ductas ab eo fossas: munitior difficiliorq̄ accessu postmodum facta est. Duxit & murum ab eolateræ ægypti: quod orientem uersus ad syriam atq̄ arabiam spectat: a pelusio usq̄ ad solis ciuitatem p̄ desertum stadiis mille & quingentis. Nauem ex cedro fecit ducentorum octoginta cubitorum longitudine: deauratam exterius: intus uero de argentatam: quam dono otulit deo: qui maxime thebis colitur. Duos præterea obeliscos ex lapide duro: utrunq̄ altum cubitis centum uiginti: in quibus: tum imperii magnitudinem: tum multitudinem uectigalium descripsit: addidit & quas subegit nationes. **Mēphi** in uulcani templo suas & uxoris lapidis unius statuas: altitudine cubitorum triginta: filiorum uero uiginti ob hanc rem: collocauit. Cum dimisso exercitu ægyptum reuertisset: ac circa pelusium uacuis bello laxar & curis animum: frater ei apud se cum uxore ac filiis cenanti insidias parauit. Nam illis post cibum a uino quiescentibus: lignis aridis ad id antea occulte præparatis: ignem in cubiculum noctu iniecit. Increbescente flamma: qui ad curam regis positi erant: sublato: more ebriorum: clamore: regem excitarunt qui ambas extendens manus: salutemque filiis & uxori: deos orans illesus præter opininem cum saluus flammam euassisset: tum cæteris diis: tum maxime uulcano: ut liberatori: uota persoluit. Cū multis ac præclaris facinoribus nobilitatus esset: tum id magnificentissimum est habitum: quod cum nationes tum ab se deuictæ: tum hi: quibus regna tradiderat: duces: quoque: quos diuersis præfecerat prouinciis: præstituto die in ægyptum uenientes ei dona offerebant. Hos suscipiens benigne: aliis quidem in rebus uario honore afficiebat. At si quando aut ad templum aut per urbem accederet: quatuor ex eis loco equorum currui iunctis: ostendebat cum cæteros omnes reges ducesque præclaros bello superasset: nullos sibi neque uirtute neque rebus gestis esse comparandos. Et sane rex iste uidetur omnes qui unquam regnassent: tum rebus bellicis: tum erga deos munificentia: tum uero operibus ab se in ægypto constructis: anteisse. Annos tris & triginta cum regnasset ex optato uitam deficientibus oculis finiuit. Cuius uirtuti haud facile reperitur dignum nomen. Vir magni animi: neque solum sacerdotibus: sed uniuersis ægyptiis admirabilis: cum eadem animi magnitudine: qua opera effecerat: & mortē appeteret. Adeo autem diuturna eius gloria ingensque ad posteros manauit: ut cum multis postea sæculis: persis ægypti imperium tenentibus: darius xerxis pater uellet in memphi suam ante Sefoosis statuam ponere: princeps sacerdotum publice contradiceret: asserens illum nondum Sefoosis operassequasse. Quod responsum haud quamquam egre ferens rex: sed lætatus admodum libertate loquendi: se curaturum inquit: ut nihilo illius uirtute: si tantumdem uiueret: esset inferior: hortatusque est: ut ætatis eiudem conferret gesta: id uerum argumentum esse uirtutis. Defuncto Sefoosi eius filius regnum capiens assumpto patris nomine: nulla in gloriam paternam est imitatus: sed eodem: quo pater: casu afflictatus est: oculis enim captus: siue propter communem patris naturam: siue: ut quidam fabulantur propter impietatem erga nilum: cuius cursum iaculatus est: coactus est ad deorum auxilium confugere: ac plurimo tempore uariis peractis sacris ad placanda numina: nulla ope adiutus est. Decimo post anno responso ei reddito: ut placato deo: qui in belio poli coleretur: faciem mulieris inspiceret: quæ nullum nisi proprium nosset uirum: ab uxore propria incipiens cum multas expertus esset: nullam repe-

Templa  
diciaBabilo-  
nia  
Troia iu-  
xta nilūnauis au-  
rataSefoosis  
ignisDarius  
xerxesSefoosis  
filiusCasta ūi-  
ca

rit incorruptam: præter hortulani cuiusdam: quam uisu restituta uxorem cepit. Reliquas omnis in uil-  
la quadam uiuas combussit. Quem locum postea ægyptii sacra in glebam uocitarūt. Deo autem helio  
polis gratias secundum oraculum acceptū reddens: duos erexit unius lapidis obeliscos latitudinis octo:  
altitudinis cubitorum centum. Post hunc plures reges nil memoria dignum gessere. Tandem Amasis  
quidam regnauit uiolentius q̄ cæteri: permultos enim præter æquum pœna affecit: alios fortunis spo-  
liauit: in omnes impotens ac superbus. Tolerata est eius crudelitas: cum ulciscendi locus non esset: quo-  
ad Actifanes æthiopum rex in ægyptum contra eum descendit. Tūc odia occulta erupere: & cum mul-  
ti ab eo defecissent: rege capto: ægyptus in ditionem æthiopum cessit. Actifanes fortunam capti regni  
humaniter ferens: summa æquitate ægyptiis imperauit. Latrocinia nouo more compescuit. Sontes ne-  
que morte plectens: neque linquens impunitos. Eorum iudicio constituto reos omnis in unum cogēs:  
miti sententia damnavit: amputatis enim naribus in ultima deserti ire compulsi: ubique ciuitatem con-  
didit: ab excisis nasif rhinocieram appellatam. Ea In ægypti arabiaque finibus haud procul a mari sita:  
omnibus uitæ commodis caret: Nam omnis uicina regio salsa est intra urbis mœnia unicus est pute-  
us: & is inutilis: ut pote aqua amara gustu. Hos autem eo in loco posuit: ne suis moribus uicinas gentes  
inficerent: ne ue eorum erga reliquos iniuriæ essent occultæ: sed ut tanquam in oram desertam relega-  
ti: omni re egentes: cogente necessitate: sibi uictum exquirerent. Fissis itaque calamis: quos ex uicinis  
agris collegerant: longa sibi retia fecere. Quibus iuxta littus per plura stadia dispositis: ex captis cotur-  
nicibus nam magnus earum numerus in littore ad capiendos pisces uerfatur uictum sibi compararunt  
Eo rege defuncto ægypti regno sibi uēdicato regem ex suis creatunt Miridim nomine: quem nōnul-  
li maronem cognominant: uirum minime bellis aptum. Is sepulchrum sibi construxit: quod labyrinthus  
appellatur. Rem mirandam profecto non tantum operis magnitudine: quantum arte ad imitandum  
difficili. Nam ingredientibus haud facile regressus datur: nisi duce itineris experto. Ferunt quidam Dæ-  
dalum ad ægyptum penetrantem admiratum huius operis artem: similem in creta regnanti minoi cō-  
struxisse: in quo fabulantur extitisse minotaurum. Sed cretensis labyrinthus defecit: siue opera homi-  
num: siue tempore corruptus. Egyptius uero usque ad nostra tempora integer manet. Defuncto rege  
post quintum genus: cum ægyptus rege careret: ex dignioribus quidam in regem assumptus est: quem  
ægyptii cetem: græci protheum appellant qui iliaci belli tempore extitit. Hunc artium peritum fuisse  
tradunt: ut in uarias se formas uertere solitum: ut nunc animal: quandoque arbor aut ignis aut quid ali-  
ud uideretur. Quæ eadem & sacerdotes de illo scribunt. Harum rerum cognitionem cōtinuo ex astro-  
logorum ac sacerdotum usu rex est assecutus. Consuetudo autem regibus tradita: græcis causam huius  
modi transmutationis fingendi præbuit. Nam ægyptiis mos erat regibus: aut leonis aut tauri: aut dra-  
conis priorem partem in capite ferre insignia principatus. Quandoque uero arborem: aliquādo ignē:  
quandoque redolentia supra caput unguenta: hæc tum ad decorem spectabat atque ornatum: tum stu-  
porem ac superstitionem quandam aspicientibus iniiciebant. Mortuo protheo filius successit per om-  
nem uitam uectigalibus & ad cumulandum undique thesaurum itentus: uir pusilli animi atque auarus:  
ut qui neque deorum muneribus: neque ulli beneficentiæ uacaret. Ita ut non rex: sed ut dispensator bo-  
nus: pro uirtutis gloria. plus auri argentique: q̄ præteriti reges omnes: quadringenta talentorum milia  
ea fuisse tradunt: reliquerit. Post obitum septem fuere reges in tantum ocio dediti ac uoluptati: ut sacri  
libri nulla eorum gesta contineant historia digna: præter unius Nilei: a quo fluius sortitus est nomen:  
cum antea ægyptus uocitaretur. Hic cum plures fossas atque opportunis fecisset locis: & nilum utilem  
admodum incolis reddidit: & nominis causam præbuit. Octauus deiceps rex Chemmis memphis an-  
nos regnauit quinquaginta: ædificauitque trium pyramidum maximam inter septē præclarissima ope-  
ra annueratam. Hæ uersus libyam spectant longe a memphi stadiis centum uiginti: a nilo autem qu-  
que & quadraginta: quæ & artificio & operis magnitudine mirabilem stuporem præberet aspicienti-  
bus. Earum maxima quattuor est lateram: quorum quodlibet ab inferiori parte iugera septem conti-  
net. Altitudo amplius q̄ sex iugera tollit: latus quodlibet deducta paulatim usque ad uerticem altitudine  
continet cubitos sexaginta quinque. Ex lapide duro difficilique ad tractandum: sed i æternum permā-  
furo structura omnis constat. Nam ferme mille annis: ut aiūt quidam: ut alii tradunt: amplius tribus mi-  
libus quadringentis ad nos usque ea moles integra permanlit. Ferunt eos lapides ex arabia longo ad-  
modum itinere aduectos Aggeribus autem fabricata est: nondum eo tempore iuentis machinis. opus  
certe mirabile præsertim in terra undique arenosa: ubi nulla neque aggeris: neque cæsi lapidis sint ue-  
stigia: ut non ab hominibus: sed a diis tanta moles structa uideatur. Conantur ægyptii mira quædā de  
his fabulari: ex sale & nitro aggeres eos factos: posteaque nili incremento liquefactos absque hominū  
labore penitus defecisse. Verum id procul a uero abest. Nam & multitudine hominum agger constru-  
ctus: & multitudine deletus: Trecenta enim & sexaginta hominum milia ut aiunt: ad id opus deputata  
sunt: quod uiginti ferme annis absoluerūt. Post huius regis obitum frater eius Cephus regnum cepit:  
regnauitque annis sex & quinquaginta. Quidam non fratrem: sed filium regnum tenuisse asserunt no-  
mine chabreum: quod similius uero uidetur. Quoniam: qui ei successit imitatus superiorem regem: se-  
cundam pyramidem ædificauit structura & arte priori similem: magnitudine imparem: ut pote cuius

Amasis  
ActifanesRhino-  
ciera.c.Miris  
rex  
Maro  
rex laby-  
rinthus  
Dæda-  
lus  
Cetes  
ptheusNileus  
rex nilus  
unde  
Chemis  
pyrami-  
des.Cephus  
rex Cha-  
breus  
rex  
pyramis

singula in basi latera stadium comprehendant. Pecunia omnis ad opus prioris impensa in olera tantum her-  
 basque is enim cibus opificum fuit ad mille & sexcenta talenta excessisse dicitur. Aliarum non extat sum-  
 ptus illius aditus ab uno tantum latere patet. Verum nullus ex his: qui eas sibi pyramides in sepulchra com-  
 didere: rex in illis sepultus est. Nam partim nimii labores in opibus absumpti: partim crudelitas regum  
 & insolentia: ira populorum compulere: ut eorum aut dissiparent corpora: aut eiicerent ex monumen-  
 tis. Qua ex re domesticis mandarunt quidam ut sua corpora in loco uili obscuroque conderent: quo ef-  
 fugerent saeuitiam plebis. Hunc regem secutus est Micerinus: quem nonnulli cherinum uocant: prioris  
 pyramidis auctoris filius. Hic tertiam ab se inceptam minime perfecit praeventus morte. Erant singu-  
 la latera in basi iugerum trium: murus usque ad quintum decimum cubitum ex lapide nigro: thebaico  
 simili. reliqua pars ex eo lapide: quo & reliquae pyramides: est constructa. Opus sane: tum magnitudine  
 tum artificio: tum uero lapidum sumptu caeteris pyramidibus inferius. Scriptum erat in latere ad bore-  
 am uerso nomen auctoris: micerinus. Hunc tradunt superiorum crudelitatem abominatam uitam ui-  
 xisse summa cum humanitate & in subditos beneficentia. Fecisseque sedulo omnia: quibus beniuolentia  
 omnium sibi compareret. Pecuniam contempsit: praebens munera etiam iis: qui iuste recteque iudicassent.  
 Sunt & aliae tres pyramides: quarum singula latera ad duo iugera protenduntur uniuersum opus: stru-  
 ctura praeter magnitudinem: superioribus similis. Has dicunt a tribus regibus: quos rettulimus suis uxo-  
 ribus aedificatas: quae tradantur alia aegypti opera: non solum mole aedificiorum atque impensa exupera-  
 re: sed artificum excellentia: magisque affirmant admiranda esse architectorum ingenia & artem: quam regum  
 sumptus. Hi enim propriis animi dotibus: illi alienis pecuniis laboribusque tanta opera erexerunt. Verum  
 de harum pyramidum auctoribus nil certi: neque apud incolas: neque apud scriptores constat. Quidam  
 eos: quos diximus reges: illas aedificasse: Alii alios tradunt: prout maioris asserunt. Armeum extitisse con-  
 ditorem Secundae amasum: Tertiae masum: quam uolunt quidam rhodopidis pellicis sepulchrum fuisse.  
 Et id nonnullorum principum: qui eam amassent: communi opera absolutum. Regnum deinceps sum-  
 psit Bocchorus corpore quidem robusto ac ualido: ingenio uero superiores excedens reges. Multis de-  
 inde actis saeculis regnauit aegyptiis Sabacus nomine: genere aethiops: deorum cultu liberalitateque pra-  
 caeteris regibus excellens. Argumentum uirtutis eius uel maximum sit integritas: utilisque in seruadis le-  
 gibus animaduersio. Nam capite damnatos nequaquam mortis affectu poena: sed opus facere uinctos con-  
 pedibus per ciuitates coegit: quae res non paruo exitit uectigali: plures enim ex eo seruitio pecunias con-  
 traxit: eorum opera multos aggeres construxit: fossas uariis locis oportunas fecit. Ita & poenae acerbi-  
 tatem leniuit: & inutilem poenae asperitatem in magnam commodum uertit. Eius egregiam pietatem:  
 & a principio uitae institutionem: facile quis ex uisione somni perspiciat. Visus est ei deus: qui thebis co-  
 litur: in somno dicere: regnum suum in aegyptios neque foelix neque diuturnum fore: nisi sacerdotibus  
 aegypti omnibus occisis per media ipsorum cadauera cum suis transiret: hoc somnio saepius oblato om-  
 nes undique sacerdotes conuocauit: narratisque: quae per somnium acceperat: nolle se iquit in aegypto ma-  
 nentem alicui perniciem struere: sed malle purum omnique solutum scelere ab aegypto abscedere se: sa-  
 tisque uitam reddere: quam impia caede iniquatum regno potiri. Ita aegyptiis regno tradito in aethiopiam re-  
 dit. Duobus annis aegyptii absque rege fuere turbatis omnibus cum etiam ad ciuilia bella peruentum ef-  
 fet: duodecim loco regis ex maioribus ducibus praeficiuntur: quibus omnis regni cura permessa est. Con-  
 uenientes hi in memphi communi consilio imperium exercebant. Cum uno animo concordique quin-  
 decim annis res administrassent: decreuere ut sibi commune sepulchrum aedificaretur: ut quemadmo-  
 dum in uita uno consensu: pari honore aegyptum gubernassent: ita & post obitum communis esset om-  
 nium unius sepulchri gloria. Conati sunt in ea re omnia superiorum regum opera excedere. Electa ad  
 id iuxta paludem libyae aqua: quae in miridam descendit: ex pulcherrimis lapidibus sepulchrum aedifica-  
 runt quadratum: quaque uersus stadium unius: sculptura atque artificum opere nihilo iam antea factis cedens:  
 Ingredientibus illius ambitum domus aderat columnis circumfulsa: quattuor ad latus quodlibet colu-  
 nis positis. Et huius tecti contignatio unius erat lapidis sculpta praefepibus: uariisque picturis ornata. Erant  
 ibi summo artificio depicta aegypti regum templorum sacrorumque monumenta. Tanto autem sum-  
 ptu: tanta magnificentia ea moles ab his regibus excitata est: ut si ante eorum dissensionem fuisset ab-  
 soluta: caetera sepulchra excellentia operum superasset. Verum cum annis quindecim simul imperium  
 tenuissent: regnum ad unicum redactum est. Psammiticus saites unus ex duodecim: cui maritima ora ob-  
 uenerat: tributo emporiis omnibus praesertim phenicibus graecisque imposito: magnaue ut pecuniae  
 contracta: amicitiam plurimarum gentium principumque sibi liberalitate comparauit. Huius rei inui-  
 dia moti reliqui bellum sibi intulerunt. Quidam ex antiquis scriptoribus fabulantur: responsum impe-  
 rantibus redditum: qui ex illis prior aeream phialam deo: qui erat in memphi: dono tulisset: eum solum  
 rerum in aegypto potiturum. psammiticum cum extulisset e sacerdotum quispiam templo phialas au-  
 reas undecim elegantiores ab se electam deo obtulisset. Quod resciscentes caeteri: cum nolent occide-  
 re relegasse illum perhibent in paludes iuxta mare sitas. siue ob causam quam diximus: siue inuidia mo-  
 ti. At psammiticus ex arabia: caria: ionia: conducto milite acie illos prope urbem memphim superauit.  
 Alii reges partim cedere in bello: partim fugientes in libyam cessere regno. Sumpto imperio psam-

Myceri-  
 nus rex  
 Cheri-  
 nus rex

Pyrami-  
 des

Rhodo-  
 pe  
 Boccho-  
 rus rex  
 Sabacus  
 rex

Aegypti  
 duces.  
 xii.

Psammi-  
 ticus



maticus uestibulum orientem uersus: deo in memphi construxit. Circum templum pro columnis colossos duodecim cubitorum posuit: militibus mercede conductis: præter stipendium: dona large distribuens: cæteris agros forte diuisit paulo supra pelusii ostia: quos multis post annis Amafus rex ad memphim traduxit. Rex propter operam a mercennariis militibus nauatam: postmodum externo milite. Plurimum fîsus multum illorum præsidio usus est. Cum in syriam exercitum duceret: præ cæteris honore mercennariis impenso: statuit eos in dextra ægyptios a sinistra phalangis parte: qua contumelia irritati ægyptii ad ducenta milia eorum: ab rege desciscentes æthiopiam uersus profecti sunt: nouas se des sibi uendicaturi. Rex ad eos duces primum misit eam ignominiam deprecaturus. Ipse quoque: cū hi nil profecissent: nauibus profecutus est. Cum ipsos iuxta nilum proficiscentes: iam iamque ægypti montes transcidentes repperisset: rogabat: ut animum mutarent: utque templorum patris: uxorum ac filiorum in mentem ueniret. At hi omnes una uoce clamore sublato: hastisque scuta percutientes respondere: quod armorum potentes essent: facile se patriam reperturos. Ostentis uero sublata ueste genitalibus nec uxores nec filios: dum eis uti possent: defuturos. Hoc dato responso despicientes: quæ aliis maxima esse uiderentur in æthiopiæ parte fertili: sortitis inter se assatum agris: confedere. psammiticus eorum discessu haud parum dolens ad curam regni conuersus: & uestigalia disposuit: & cum atheniensibus quibusdamque aliis græcis societatem iniit. Erga externos: qui in ægyptum accederent: summa beneficentiâ utebatur. Cum græcos plurimum diligeret: filios disciplinis græcis erudit. primus ægyptiorum regum cæteras nationes ad importanda: quæ apud se erant: allexit: securitate singulis aduentibus præbita. Apud superiores enim reges nulli externi ad ægyptum nauigabant: cū partim occiderentur: partim adicerentur in seruitutem. Impietas Busiridis tempore apud ægyptios aduersus exteros seruata: græcis causam præbuit: licet minime ueram: sed multa contractam crudelitate: scribendi: quæ de eo in fabulis feruntur. Post psammiticum regnauit quarta exinde progenies. Aprieus annos duos & uiginti. Hic aduersus cyprum ac phæniciam terra marique bello moto Sidonem ui captam cum diruisset: reliquis phænicia urbibus subactis classe cyprios ac phænices superauit: spoliisque hostium compluribus captis: in ægyptum rediit. Misso deinde contra cyrenem & barcen exercitu: magna ex parte deuictis reliquis: ab se alienauit: Existimantes enim ipsum in eorum perniciem comparasse exercitum: quo securius imperaret ægyptiis: descuerunt. Ad hos compefcendos destinatus Amafus ægyptius uir insignis mandatorum: quæ ad concordiam spectabant: oblitus: cum illos in regem incitasset: conspiratione facta rex creatur: pauloque post cum plures a rege desciscerent: coactus est ad mercennariorum ii ad triginta milia erant opem confugere. Prælio circa mariam pagû commisso: ægyptiorum res superior fuit. Itaque captus aprieus strangulatusque interiit. Amafus suscepto imperio: conuersusque ad regni curam iuste imperauit: magna cum laude multas cypriorum ciuitates euertit: multaque donis insignibus deum templa exornauit. Cum regnasset annis quinque & quinquaginta: mortem obiit: quo tempore Cambyfes persarum rex ægyptum armis cepit: circa tertium annum olympiadis tertiæ & sexagesimæ: qua uictor in stadio fuit parmenides camarineus. Recensitis uetustorum temporum: usque ad amafum ægypti rebus: nunc admiranda quædam & quæ profint legentibus de moribus eorum sunt scribenda. Plura enim uetera ægyptiorum acta non solum ab indigenis extimantur magni: sed & apud græcos quoque non parum admirationis habent. Itaque qui plurimum doctrina excelluerunt in ægyptum transiere: ut & leges eorum & studia cognitione digna perciperent: quamuis enim scirent ægypti aditum externis difficilem: tamen omni studio olim illuc accedere appetuerunt: in quibus antiquiores extitere Orpheus: poetaque homerus. Deinde posteri nonnulli Samius pythagoras: ac legum lator solon. Afferunt ægyptii litteras: astrorum cursus: geometriam arteque plurimas ab se fuisse repertas: Optimas insuper ab se institutas leges. Quorum maximum ferunt esse argumentum: annis amplius tribus milibus & septingentis indigetes reges ægypto imperasse: Eamque provinciam cæterarum orbis esse fælicissimam: quæ nullo potuissent pacto fieri: nisi optimis moribus ac legibus uixissent: eruditique omni doctrinarum genere fuissent. Verum nos his: quæ herodotus alique nonnulli ægyptiorum gesta narrantes: præter ueri opinionem multa uoluptatis gratia fingentes tradunt: prætermisissis: sacerdotum diligenter a nobis scriptatos libros sequemur. Primum ægyptii reges uitam: non aliorum regnantium quibus uoluntas pro lege est: traducebant licentia: Sed legum instituta in cogendis pecuniis quottidianoque uictu sequebantur: Eorum cultui obsequioque nullus deputatus erat: neque emptitius neque domigenitus seruus: sed nobilium sacerdotum filii: tum ultra uiginti annos nati: tum doctrina præ cæteris eruditi: ut horum corporis ministrorum die noctuque astantium conspectu motus rex: nil turpe committeret. Raro enim potentes rerum mali euadunt: ubi defunt suarum cupiditatum ministri. Instituta erant diei noctisque hore: quibus regi lege permissa agere fas erat mane surgentem regem primum epistolas omnis missas capere oportebat: ut cognitis his: quæ sibi agenda essent: responso dato singula in tempore exque ordine recte agerentur. His actis cum in uirorū excellentium cætu lauisset corpus: uestem præclarâ idutus sacra diis faciebat. Mos erat sacerdotū præcipi iuxta aram hostiis deductis: astante rege: magna uoce audiente populo ualitudinem p̄speram omniaq̄ bona precari: regi iustitiam

Aprieus rex

Amafus

Maria pagus Cabyfes

Orpheus

Homerus

Pythagoras

Solon

Litteræ

Astrorū

cursus

Geometria

Ægypti reges

Preces

p̄ rege

in subditos colenti: Narrare in super particulatim regis uirtutes: in deos pietatem ac religionem: in homines humanitatem seruantis: tum illum continentem dicere: iustum: magnique animi ueracem liberalem omnifque frenantem cupiditates: pœnas in super mitiores: q̄ postularent errantis crimina: exigentem: reddentem uero gratiam meritis ampliorem. plura his similia orans tandem execrationem in malos exquebatur. Tum regem culpa purgans omne crimen in ministros: qui regi iniqua suaderent: cōiciebat. His actis sacerdos & regem ad fœlicem diisque gratam uitam hortabatur: & simul ad bonos mores: agendumq;: non quæ suaderent mali: sed quæ ad laudem & uirtutem maxime pertinerent. Demum cum rex tauro diis sacra fecisset: sacerdos quædam ex libris sacris clarissimorum uirorum consilia: acta que proferebat: Quibus rex monitus imperio pie ac iuste aliorum exemplo uteretur. Non autem pecuniis uacandi iudicandiq; solum legibus antiq;: sed de ambulandi quoq;: lauandiq; & cū uxore cubandi: omnifque degendæ uitæ tempus erat lege præstitutum. Cibo uescebantur simplici: ut quorum mensæ nihil præter uitulum & anserem: inferreretur. Vini potandi certa statuta erat mensura: qua neq; farciri uenter: neq; inebriari possent. Deniq; ipsorum uita ea tenebatur modestia: ut non a legis latore: sed a peritissimo medico ad seruandam sanitatem composita uideretur. Mirabile uidetur ægypti reges non ex uoluntate: sed ex lege uitam priuatam agere: Sed multo est mirabilius: illis neq; iudicandi: neq; pecuniâ congregandi: neq; puniendi quenquam per superbiam aut iram aut aliam iniustam ob causam licentiâ permissam. Sed ueluti priuati tenebantur legibus: neq; id egre ferebant: existimantes parendo legibus se beatos fore. Nam ab his: qui suis indulgerent cupiditatibus: multa censéban fieri: quibus damna periculâq; subirent. Scientes enī sæpius se peccare: tamen aut amore: aut odio: aut alio animi morbo uicti nihilominus aberrant. Qui uero sapientia consilioq; uitam instituunt: in paucis offendunt. Hac usi erga subditos iustitia reges omnium beniuolentiam adeo affecuti sunt: ut non solum sacerdotibus: sed singulis ægyptiis maior regis: q̄ uxorū filiorumq; aut aliorum principum: salutis inesset cura. Et enī pluri regum: quos rettulimus: ciuiles mores secuti acta fœliciter uita mortem obierunt: quoad ea legum disciplina permanfit: Nationibus præterea uariis subactis: plures possedere pecunias: regiones ædificiis operibusq; ingentibus urbes amplissimis donis sumptuosifq; decorates. Sed ea: quæ post obitū ægyptii suis regibus præbuerunt: magnam populi erga principes beniuolentiam monstrât. Id honor mortuis impenfus ostendit. Nam cum quis regum decedit e uita: ægyptii omnes morté communi mœstitia lugent: uestes lacerant: templis clausis forum non frequentant. Festa solemnia non agunt. Dies septuaginta duos luto deturpantes capita: ac indone subtus mammæ cicti: una uiri mulierisq; ducenti ferme aut trecenti circum ambulant bis in die: nouantes luctum atq; ad numerum cum cantu uirtutes regis cōmemorantes. Cibus aiantium coactifq; ac uino: omniq; mensæ apparatus abstinēt. Nō lauacris nō unguentis non stratis lectis non ueneris utuntur: sed tanquam defuncto filio per eos dies moerentes lugent. Hoc tempore: quæ ad pompam funeris spectant: præparatis: postrema die corpus in arca conditum ante sepulchri aditum ponunt. Ibi breuiarium in uita ab rege gestorū de more recitant: uolentique facultas datur defunctum accusandi. Astant sacerdotes: mortui recte facta laudantes. populus is permagnus est: qui exequias circumstant applaudet ueris laudibus: in reliquis magno reclamatione tumultu: quo accidit ut plures reges repugnant multitudinem: solito caruerint sepulchri honore ac magnificentia. Is timor coegit ægypti reges iuste uiuere: ueritos futuram post mortem plebis iram atque odium sempiternum. Antiquorum regum uiuendi mos hic maxime fuit: Egypto omni in plures partes: quarum quælibet græco uerbo nomos appellabatur: diuisa: cuiuslibet prætor aderat: qui omnium haberet curam. ægypti uectigalibus trifariam partitis: priorem portionem percipit collegium sacerdotum magna apud incolas auctoritate: tum propter deorum curam: tum propter doctrinam qua plures erudiuntur. Hanc partem tum ad sacrificiorum ministeria: tum ad priuatæ uitæ commoda impertiuunt. neque enim deorum cultum omittendum putant: neque publici consilii utilitatisque ministris: æquum censent uitæ commoda deesse. Adiunt enim grauibis in rebus hi: semper consilio atque opere regibus: tum astrorum peritia: tum uero sacrificiis futura prædicentes. Ex libris prætere assacris priorum gesta referunt: quibus reges in agendis noscant: quæ sint profutura. Non enim quemadmodum apud græcos unus homo: aut unica mulier sacris præest: sed plures in cultu deorum honoreque uersantur: qui eandem sacrorum curam filiis tradunt. Hi omnes immunes sunt: secundumque post reges honoris dignitatisque locum tenent. Altera portio ad reges peruenit: quam & ad bella & ad uitæ cultum: cum ad liberalitatem erga strenuos uiros promeritis impendunt. Qua ex re fit: ut populares nullo grauentur tributo. Tertiam percipiunt milites: & qui belli sunt instituti ministerio: ut hoc stipendio accepto paratiorem habeant animum ad bellorum pericula obeunda. Iniquum enim foret ad tuendam communem salutem intentos nulla ex ea: pro qua pugnant: patria cōmoda percipere. Ea uero præcipua utilitas uidetur: q; mercede laborum impensa cum fiant opulentiore: facilius gignendæ proli opam dat. Quo fit ut referta multitudie hoium patria nequaq; externo milite egeat. Hoc militandi ordine a progenitoribus suscepto. parentū uirtutē a pueritia imitati bellicifq; exercitati muneribus milites ægregiū euadūt. Est isup eoz policia in tria hoium genera instituta: pastor: agricolarū: opificum. Agricola patua quadā mercede a sacerdotibus: regeq; aut militibus agros mercati: per omnem

Sacerdoti cibi

Regum cura

Luctus in regia morte

Regis laudes Regum iustitia

1. regio

Sacerdoti honores

Agricolæ ægyptii

ætatem ab ipsa pueritia rei rusticæ sine intermissione uacant. Quo fit ut agricultura cæteris: tum ob doctrinam a parentibus percæptam: tum ob continuum usum: præsent. Norunt enim præcæteris diligenter agrorum naturam: rigandi serendiq; ac metendi tēpora: & fructuum seruandor; cōmoditates: tum parētum obseruatiōe: tum sua diligētia cognita. Eodem modo & pastores cura atq; arte regendi pecoris a patribus accepta: semper in eo gubernando ætatem agunt. Multum eis conferunt: quæ a progenitoribus in pecorum cultu ac pascuis audierūt. A nonnullis etiam quædam suo studio adinuenta. Nam: qui aues & anseres nutriunt: præter earum: quæ apud alios homines habentur: procreandi naturam: adeo illis indulgent: ut in numerum dictū mirabilem auum euadant. Non enim ouis incubant aues: sed ipsi ingenio & naturali arte ex ouis. præter cæterorum consuetudinem: educunt fætus: Artes quoq; apud ægyptios admodum excultas uidemus. & ad summum perductas. Nam soli ægyptii opifices omiſſa reꝝ publicarum cura: nullum nisi aut legibus permissum: aut a patre traditum opus exercent: ut neq; eos docentis inuidia: neq; ciuile odium neq; aliud quid ab instituto ipediat exercitio. Aliis i locis licet artifices relicto priori: opificiis cæteris se dedere: & hos cultui agrorum: hos mercaturæ alios pluribus artibus opam præbere. Quidam in ciuitatibus: quæ a populo reguntur: ad curationes concurrunt: in pntiem ciuitatis pretio corrupti. Apud ægyptios: si quis opifex ad rem. p. accedat: aut plures exercent artes: magna mulctatur pœna. Hanc antiquam tum rei. p. tum priuatae institutionē a patribus traditam ueteres ægyptii habebant: iudicia uero non casu fiebant: sed ratione: existimabāt eni rite facta plurimum uitæ mortalium pdesse. Nam punire nocentes: auxilium ferre oppressis: optimā ad phibenda mala facinora uiam putant. Pœnam uero delicti: aut pecunia: aut gratia tolli. existimabāt confusionem uitæ cōmunis fore. Quamobrem ex ciuitatibus clarioribus: ut heliopoli memphi thebis uiros optimos eligebant: quos iudiciis præficerent: qui iudicum confessus: neq; athenarū ariopagitis: neq; lacedæmoniōꝝ senatui cedere uidebatur. Postq; hi conuenerant triginta numero: inter se eligebant optimum uirum: quē iudicii principem constituebant: in locum cuius ciuitas alium iudicem substituebat: his omnibus uictus: sed principi opulentior a rege dabatur: is aurea catena: signum uariis ornatum lapidibus a collo suspensum: quod appellabant ueritatē gestabat: Cæptis iudiciis ac signo ueritatis a principe iudicū proposito omnibusq; legibus quæ octo libris cōtinebantur in medio eorum constitutis: mos erat accusatorem scribere ea in qbus alium accusabat: modūq; patrate iniuriæ aut damni facti quantiq; eam extimaret scribere. Reo tempus dabatur rescribendi ad singula: & aut se id non fecisse aut recte fecisse purgandi: aut iniuriam uel damnum minoris extimandi. Rursus accusatori reoq; inuicem respondendi locus erat. Ita bis auditis litigatoribus: cū iudices de cōtrouersia quæſissent pri ceptis: signo ueritatis in partē ueriorē uerſo: sententiā ferebat. Hic mos iudiciorū apud ægyptios erat extimantes accusantium excusatiūmq; alteratione & scriptis ueritatē maxime elici posse. Sane oratorum ars: hipocritarū fraudes. lachrymæ piclitantium multos a recto ueroq; iudicio auerterunt. Videri quidē licet. aut errore aut affectione aliqua: aut misericordia: aut oratione dicētis sæpius reos fuisse ab iudicibus absolutos. Verum si aduerſantiū scripta penitus intelligantur: existimarunt iudicari rectius ueluti nota ueritate posse: cū neq; ingenio neq; astutia neq; mendacio neq; audacia neq; arte iudicia puerterentur. Sed cuiq; esset commune ius: tū quia tempus dabatur accusatori reoq; ad disceptandū: tū quia iudices & eorū responsis elicerent ueri iudicū modum. Quoniam de legum institutione mentio incidit: haud erit alienum ab instituta historia antiquas ægyptiorum leges referre: quo palā sit: q̄tū cæteris præsent & reꝝ ordine & utilitate. Primum priuri capite mulctabantur: tanq; duplici tenerentur scelere: ut qui & pietatem in deos uiolarent: & fidem inter homines tollerent: maximum uinculum societatis humanæ: si quis iter faciens aut hominem a latronibus cædi comperiret. aut quamlibet iniuriam ppeti: neq; subueniret auxilio: si posset: mortis. erat reus. Si auxilium ferre non posset: denuntiare latrones tenebatur: & iniuriam accusatione psequi: q ea negliget & plagis ad certum numerum plectebatur: triduoq; carebat cibo. Falso quempiam accusans: si postmodum ad iudicium delatus foret: pœnam calumniatoribus statutam subibat: Cogebantur ægyptii omnes scripta sua nomina ad præfides regionum: & simul quo exercitio uiuerent: deferre: qua in re si quis mentiretur: aut si iniusto uiueret atheniensis traductam. Si quis sponte aut liberum aut seruum occidisset: morte damnari leges iubebāt: q̄ nō fortunæ cōditionē: sed cōsiliū facti pēdētes: hōis a sceleribus deterrebāt: & simul uindicata ferui morte reddebāt liberi securiores. Patribusq; filios occiderēt: nō erat pœna mortis idicta: sed tribus diebus noctibusq; cōtinuis edictum: ut circa defuncti corpus assisteret: & publica etiā custodia astāte. Non. n. iustum putabant eum priuari uita: qui uitæ filiis auctor fuisse: Sed potius continuo dolore factiq; penitentia affligi: quo cæteri ab simili facto auerterentur. Parricidis exq̄ſitam imposuerūt pœnā. Nā artikulatim præacutis calamis cæfos iubebant uiuos supra spinarum aceruum comburi maximū iter mortales iudicantes scelus: ei mortem p uim inferre: a quo uitam accepisset. Mulierum morti desitiatarum si pregnantessent: partus expectabatur: quā legem multi græcor; acceperūt: existimātes penitus iniquū esse eum: qui nihil commisisset: una cū facinoroso pœnā pati: aut duos plecti: cum unus deliquisset. Cumq; eo: qui sponte peccasset: criminis uacuum puniri. Insuper cum sola peccasset mater: minime

Pastores

Iudicia ægyptiorum pœnam pdesse

Iudicis monile ueritatis

Sententiæ modus

ægyptiorum leges

Periuri pœna Amiffans falso Aegyptiorum nomina Homicide

Paricidæ

Prægnantes

æquum censebant filium patri matrique communem luere maternam poenā. Et enim sæpe repertum est: iniquos iudices mortis reos liberasse: damnasse is fontes. In bellis uero: qui aut ordinem reliquissent: aut non parerent ducibus: non plecebantur morte: sed maxima omnium ignominia: quæ postmodum uirtute & recte facta deleta: ad priorem statum redibant. Ea lex & homines assuefaciebat: ut id dedecus pessimum malum: morteque ipsa grauiorem censerent: Et simul admonebat mortuos nil iam uitæ mortalium prodesse: Ignominia uero affectos: plurimum bonorum uirtutis desiderio causam futuros. His: qui secreta hostibus reuelassent: linguam lex iubebat abscindi. Ei qui monetam circuncideret: aut adulterinam cuderet: aut pondus uel signa immutaret: aut falsis litteris inscriberet: aut de scripto demeret: aut falsas syngraphas afferret: ambæ amputabantur manus. ut quæ corporis pars peccasset: per uniuersam uitam lueret poenam: Cæteri quoque aliorum calamitate moniti ab simili scelere abstinerent. Asperæ etiam: circa mulierum delicta: poenæ statuta erant. Nam ei: qui mulierem liberam uiolasset: uirilia execabantur: quoniam uno crimine tria haud parua scelera complexus esset: Iniuriam: corruptelam: & liberorum confusionem. In adulterio spontaneo deprehensus uirgis cadebatur ad mille plagas. Mulier naso mutilabatur. Quo decore uultus in continentia maculatus ea multaretur parte: qua maxime facies exornatur. Legum: quæ ad hominum commertia pertinent: Bocchoridem latorem scribunt fuisse. Hæ mandant creditis absque scriptura mutuo pecuniis si negarentur: stari debitoris iuramento: ut quæ iusiurandum ueluti religiosam rem magni extimarent. Nam cum certum sit iis: qui sæpius iurant: abrogari fidem: plurimi ducunt ne boni uiri nomen amittatur: raro ad iuramentum descendere. legis insuper lator omnem fidem in uirtute constituens bonis moribus iudicauit assuefieri homines ad probitatem: ne indigni fide uiderentur debere. Iniquum etiam putauit eis: quibus absque iureiurando credita pecunia esset: de re sua iurantibus non præstari fidem. Foenus: quod ex scripto cõtrahebatur: prohibebat: ultra contracti mutui duplum exigi: solutio ex bonis debitoris solum fiebat. Corpus non poterat ad dici creditori: putabat enim oportere bona tantum subdita esse debitis. Corpora: quorum opera & bello & pace uterentur: ciuitatibus addicta esse. Non enim æquum uidebatur milites: qui pro patriæ salute pericula subirent. pro usuris in carcerem duci: aut ob unius auaritiæ in periculum agi patriæ salutem. Hanc quoque legem uidetur Solon ad athenienses transfuisse: quam sisatheam appellauit: discernens: ne ob usuras ciuium corpora necerentur. Haud iniuria queruntur quidam de nonnullis græcis legum latoribus: qui arma: aut aratrum: aut aliud quid uis operi necessarium prohibeant ob foenus addici creditori: corpora uero: quæ his utuntur tradi permittat. Lex præterea priuatim de furibus apud solos ægyptios hæc erat. iubebat eos: qui furari uolebant: nomen suum apud principem sacerdotum scribere: atque euestigio furtum ad eum deferre. Similiter quibus res furto erepta erat: ad eundem rei sublatae tempus diem & horam scribere tenebantur. Hoc modo facile inuento furto qui rem amississet quæta multabatur parte: quæ daretur furi: Satius lator esse legis duxit: cum impossibile esset furta prohiberi potius alicuius portionis: quàm totius rei amissæ: homines iacturam pati. Nuptiarum non idem apud ægyptios mos est. Sacerdotibus unam tantum uxorem ducere licet. Reliqui pro uoluntate: & facultatibus plures habent. Quam legem conferre existimant propter hominum multitudinem & ad foelicitatem & ad potentiam ciuitatum. Nullus ex eis ne ex serua quidem empta genitus: spurius habetur. Solum enim patrem existimant generis auctorem: matrem & nutrimentum & locum infanti præbere. Arbores uero fructum ferentes: præter græcorum morem: appellant mares: foeminas: quæ adiutant maturitatem. Natos adeo parua educant facillique impensa ut uix credi possent. Nam tum Scriptorum: tum aliis radicibus: quas sub cineribus coquant: cum caulibus palustribus: quas partim coctas: partim asfas igni: partim crudas pro cibo præbent: liberos nutriunt. discalciati nudique maiori ex parte ob patriæ temperiem: uitam ducunt. Omnis sumptus in pueros: quousque ad ætatem perueniant: a parentibus impensus non excedit drachmas uiginti. Qua ex causa contingit ægyptum gentes cæteras hominum numero excedere: pluraque in eo magna esse opera effecta. Erudiunt sacerdotes filios & litteris quæ appellantur sacra: & aliis: quæ ad cõem spectant doctrinam: ut plurimum geometriæ arithmeticaeque studio intenti. Fluius enim: quæ singulis annis propter inundationem uarias agrorum formas supinducit: magnas cõtentiones inter uicinos de finibus agrorum excitat: quæ absque geometriæ adminiculo: haud facile cõponi possent. Arithmetica uero & uitæ domesticae est utilis: & ad geometriam atque astrologiam maxime cõfert. Accurate uero & ab aliis quibusdam & ab ægyptiis traduntur ordo & astrologia motus eorumque descriptio: res multis antea sæculis summo studio obseruata. Planetarum insuper motus: eõiunctiões: epiciclos: cuilibet: quæ etiam uires erga aiantium generationem: quæ ue aut bona aut mala importarent hominibus: diligenter scrutati sunt. Sæpius quoque melius occurri futuris possent. Sterilitatem præterea fructuum ubertatem: morbos: tum hominibus: tum pecoribus imminetes: terræ motum atque inundationum tempora cometarumque ortus prædicebat. Multa etiam reliqua cognita difficillima diutina obseruatione nota significabant. Asserunt etiam in babylonia chaldeos: ægyptiorum colonos: astrologia: ut quæ eam ab ægyptiorum sacerdotibus acceperint: pitos esse. Reliqui ægyptiorum multitudo a pueris ex parte aut cognatis discunt: ut dictum est: exercitia uitæ. Læras percipiunt non omnes: sed artificio dediti. Palestræ aut musicae non uacant: existimantes quotidianum illius exercitium iunioribus infirmum esse: & periculofum. Ex quo breuiores uires efficiunt. Musica non solum inutilis: sed nocuam ducunt tanquam uirosque animos effeminat: Morbos uel ieiunio curant uel uomitu: idque aut quotidie: aut tribus diebus: aut quattuor iteriectis. Asserunt

Inobedi  
entes  
Futiles  
Moneta  
adulteri  
na  
falsarii  
Adulter  
rii

Boccho  
ris legum  
lator iusi  
iurandū

Foenus  
Vtura

furum  
mos

Aegypti  
orum uxo  
res

Cibus i  
fantum

Sacerdo  
tum filii  
arithmetica  
Geometria  
Astrologia  
motus

chaldæi

Musica  
Morbo  
rum cura  
tio

enim ex ciborum superfluitate omnes creari morbos. Eam ergo ad ualitudinem curam esse optimam quæ morborum principia auferat. In militiam aut perigrinationem profecti: nulla impensa mercede curantur. Medici enim ex publico uictum summunt. ægros secundum legem curant ab antiquis medicis comprobatisque scriptoribus traditam. Si quis normam sacri libri secutus infirmum sanare nequiter: omni caret crimine. Si præterea: quæ libris continentur: illum curauerit morte punitur. Credit enim legis lator ea medendi cura: quæ plurimo tempore ab optimis medicis obseruata profectaque sit: haud facile meliorem reperiri posse. Animantia diis penes ægyptios sacra haud immerito præter fidem uidetur: quanto honore habeantur credere. Colunt enim animantia quædam præter modum non solum uiua sed etiam mortua: sicut selem Ichneumonas: canes: accipitres: ibides: lupos: crocodillos & eiusmodi plura. Quorum causas reddere: si prius pauca de his disseruerimus: enitemur. Primum singulis animantibus: quæ colunt: separatim quampiam regionem sacrant: quæ satis sine ad earum curam ac uictum. Faciunt etiam diis quibusdam uota ægyptii pro pueris: qui morbo euaserint: radentesque capillos: ac in auro argento ue ponentes dant minis: magis: qui eiusmodi animalium curam habent. Alii carnes incisas accipitribus uolantibus proiciunt: magna uoce: donec carnes capiant: appellâtes. In cibum uero felis ac Ichneumonis blandientes illis ac allicientes panem in lacte ponunt aut nutriunt piscibus nili. Eodem pacto & animalibus cæteris opportunum cibum præbent. Non solum uero horum cultum palam profiteri non erubescunt: sed tanquam in honoribus deorum effusi: id laudi sibi & decori ducunt. Cumque signis illorum propriis urbes ac uaria loca circumeant: procul ostentantes: quæ obseruant animalia: ea more supplicum singuli uenerantur. Cum aliquod eorum moritur: sindone contectum cum ululatu percutus percutientes: sale liniunt: ac cedri liquore unguentisque odoriferis: quo diutius seruetur corpus unctum: in sacris locis sepeliunt. Si quis quod horum sponte animalium occiderit: morte damnatur: Eluro ibide exceptis: quos sponte ansecus occiderit: interficitur: accurrente turba: & absque iudicio hominè uariis suppliciiis affectum interficiente. Quo timore qui hos mortuos conspexit procul astans lamentatur testificans animal absque sua culpa mortuum esse. Adeo autem mentes hominum ea superstio pua sit: adeoque ifixus animis horum cultus: ut quo tpe ptholomæus rex a romanis socius atque amicus dictus est: applaudentibus ægyptiis italoque ad se uenientes summo studio colentibus: maximeque annitibus ne qua dissensionum aut belli causam præberent: tamè cum quidam romanus Felem occidisset: ad domum eius concursu plebis facta neque ab regiis ad id missis principibus neque a romanorum timore a poena hominis absterreri potuerunt: quis non sponte bestiam occidisset. Quam rem non auditu percæpimus: sed uisu: cum eo tempore in ægyptum nauigassemus. Videntur hæc forsitan indigna fide nonnullis & fabulis: quæ uero: similia. Sed indigniora multo uideri debent. quæ sequuntur: præmente aliquando ægyptios fame: adeo: ut plures ab humana carne: ob inopiam cibi: non abstinerent: animalia sacra omnino itacta reliquere. Sicubi uero canis domi mortuus repertus esset: singuli eius domus totum corpus ista lamentatione radunt. Hoc quoque est mirabilius. Sicubi tritum frumentum ue aut aliud quid uictui accomodatum: ubi simile animal expirauit: inuentum esset: non amplius illius utebantur. Eodemque luctu etiam ad alia loca profecti elures & accipitres mortuos ad ægyptum: deficiente per sæpe uatico: deferebant. Quamuis etiam facile sit: quomodo apud memphim apis. apud heliopolim Mneuis: Apud midetam hircus Crocodillus apud miridiam paludem: Leo apud leontem ciuitatem: multaque alia uarie colantur: referre: tamen difficile est ea apud huiusmodi rerum incios credi. Nutriuntur hæc animalia summa cura atque impensa in templorum ambitu: a uiris haud quaquam contèndendis. Quæ similigine & halica uariisque epulis lacte conditis cibant. Anseres insuper: tum lixos: tum assos opponunt quotidie. His: qui cruda edunt: aues captas præbent. Denique eas omnes magna sustentant cura ac sumptu. Lauant insuper aqua calida: unguentis optimis odoriferisque: lectos quoque illis sumptuosos sternunt: atque ornatos: Si quod ex eis infirma natura nascitur: diligenter curant: præterea foemellas cuique generi animalium præparant spetiosas: quas appellant pellices. Inque his nutriendis plurimum impensæ atque operæ ponunt. Eorum mortem æquæ: ac filiorum: lugent: sepeliuntque sumptuosius: quæ eorum facultas ferat. Post alexandri obitum: cum ptholomæus lagus ægyptum teneret: boue in memphi ex senecta mortuo: qui illius nutriendi curam cæperat: pecuniam: quæ in eius sumptum: data erat per magnam: ac insuper quinquaginta talenta argenti mutuo a ptholomæo sumpta in eius sepulturam impendit. Nostra quoque ætate quidam: qui ea animalia nutrierant: in illorum sepulchra haud minus centum talentis contulere. Addemus & his: quæ circa sacri tauri: quem uocant apim: curam fieri percæpimus. Eo mortuo magnificeque sepulto quærunt ad id delecti sacerdotes uitulum priori persimilem: inuento populus luctum finit. Sacerdotes: quibus ea imminet sollicitudo: primum in ciuitatem nili uitulum perducunt: in qua eum nutriunt diebus quadraginta. Deinceps in nauim contectam habitaculum aureum habentem introducentes: & ad Memphim: ut deum: ducentes: in uulcani fanolocant. His diebus solæ mulieres taurum uident: quæ ante eius faciem astantes: uestibus sublati ei abrasum foemen ostentant. Reliquo tempore prohibentur in conspectum huius dei accedere. Honoris boui impensi causam nonnulli tradunt: quæ defuncti Osiridis anima in bouem transmigrasset: quæ deiceps ad posteros pergens fuerit transfusa. Alii a thyfone: interfecto Osiride: ferunt apim mēbra eius collecta in boue ligneū corio bouis albo circūdatū cōiecisse: ideoque ciuitatem

Medici  
publiciægyptio  
rū aialia  
cultu  
Vota  
ægypt.Feles  
Ichneumon  
Aial cultu  
si  
morit  
Elurus  
IbisFeles cæ  
des Ro  
mani cæ  
des  
Canis  
mortuusApis  
Mneuis  
hircus  
Crocodillus  
leo An  
seresAialium  
luctusApidis  
sermoBouis  
honor  
cur

Busriris  
ciuitas

busriridem appellatam. Multa alia de apide fabulantur: quæ lögum esset singulatim referre. Omnia ue ro miranda & fide maiora de eiusmodi animalium honore differentes ægyptii: dubitatiōem haud par uam quærentibus causas iniecerunt. Sacerdotes secretiora quædam scripta: put iam diximus: habent. Multi ægyptiorum tres causas reddunt: quarum prima omnino fabulosa est: & antiquorum simplici tate digna. Aiunt enim priores deos: cum pauci numero essent: uiribusq; populo impares impietatem uero hominum timerent: similes se quibusdam animatibus finxisse: eoq; modo crudelitatem uimq; ho minum effugisse. parto deinceps orbis imperio: ut redderetur animalibus gratia: quæ suæ salutis cãm præbuisent: consecrassent illa: quorum sumpsissent formam: ostendisseq; quo pacto & uiua nutriēda es sent: & mortua sepelienda. Secundam cãm ferunt ægyptios ueteres: apud quos nulla militaris discipli na: cum a uicino sæpius bello superarentur: excogitasse ferre aliquod insigne: quod milites sequeretur. Figuras igitur aialium: quæ nunc colunt: tabulis pictas: duces eorum in bello tulisse: eaq; ex re cognito seruatōq; sub quo quisq; militaret: ordine: uictoriam consecutos. Igitur uisum esse gratiam his animali bus: tanq; uictoriæ auctoribus: reddi. Statutumq; nephas esse: quodpiam eorum quorum imago delata fuerit: occidi. Sed coli potius debere honoreq; affici. Tertia assertur causa horum animantium: illata ui stui hominum utilitas. Nam bos Foemella & alios parit: qui terram arant: & ipsa haud inutilis ad aran dum. Oues bis edunt foetus lanamq; præbentes uario accommodatam usui: lac caseumq; ab uide nobis præbent. Canis tum uenationi tum ad custodiam prodest. Propterea deum: qui apud eos Anubis uoca tur: capite fingunt canino significantes custodem corporis osiridis atq; isidis fuisse. Quidam asserūt Iſi dis canes: quo tempore osiris quæsitus est: & feras & obuios omnes amouentes: una osiridis corpus in uestigasse. Ideoq; infestis isidis præire canes pompam: ueteri more antiquâ erga canes gratiam ostentâ te. Feles uero ad serpentum & ad aliorum reptilia morsus plurimum conferunt. Ichneumon crocodil los obseruans: oua eorum conterit: qua diligentia occurrit: ne illorum multitudine infestum flumē red datur. Quodq; dictu incredibile uideatur crocodillos occidūt. Merſi enī limo: cum bestia apto ore i lit

Vacca  
Ouis  
Canis  
Anubis  
Feles  
Ichneu mon

orie fere hmitis  
he  
o cur

Ibidis uti  
litas acci  
pitres

ore dormientes iacent. per os ifra corpus isiliunt: eosq; uentre cōfessi absq; ullo periculo: fera mortua: egrediuntur. Ex auibus tum ibis utilima est ad serpentes ac locustas: brucosq; delendos: tum accipitres admodum profunt ad scorpionēs ceraſtaſq; & parua aialia: quæ morſu nocent. Quidam ob eam cau sam honorem haberi accipitri uolunt: q; his utantur augures in futurorum prædictione. Alii accipitrē priſcis temporibus dicunt: librum puniceis ſcriptum litteris: in quo continebatur: qui cultus diis qui ue honor deberetur: thebas ad sacerdotes detulisse. Quapropter litterarum sacrarum scriptores & puni ceum filium gestant & accipitris alam in capite. Thebæ aqlam honorant tum: quia regia uidetur auis: tū ioue digna. hircum defecarunt: sicut & græci priapum: propter eam corporis partem: a qua sit omniū ortus. pudendis non solum ægyptii: sed alii plures sacra faciunt tanq; causæ animantium creationis. Sa cerdotes quoq; cum in ægypto sacra patria suscipiunt: primum huic deo inſtantur. Panas isuper & faty ros tradunt eadem causa ab hominibus coli. Igitur & imagines horum plurimas nonnulli in grām fæ cunditatis eorum: in templis ponunt: in hirci naturæ quâ libidinofam esse dicunt: similitudinem: Tau ros sacros apim scilicet ac Mneum prodis honorat: in osiridis ueluti frugum ac fructuū reptoris me moriam apud posteros imortalem. boues ruffos: qm uidentur colore similes: Typhoni: qui osiridē ne cavit: imolari permissum. Et homines quoq; colore typhonis antiqui reges ad sepulchrū osiridis sacrifi cio maclabant. Qua ex causa pauci Ruffi ægyptii repiebantur: externi plures. Hæc res materiam fabu landi græcis dedit Busriridem hospites necasse: sed osiridis sepulchrum ea crudelitate notatū est. Lupos uenerari ferunt propter similitudinem canum. parum enī natura: cū etiam mutuo coeāt: a canibus dif ferunt. Reddūt & aliam cãm honoris huius ægyptii fabulosiorem: nam cum Iſis una cum filio oro cū typhone esset bello dimicatura: ferunt osiridem lupi forma ab iferis auxilio & uxori & filio uenisse. Vi ctōres itaq; typhone iterfecto honorē ei animanti ipendisse: cuius iteruentu subsidioq; uictoria parta esset. Tradunt nonnulli agros ægyptioꝝ incurſantes æthiopes a lupis facta acie usq; ad ciuitatē elephā tinam repulſos. Qua ex re sit & locus ille dictus lycopolis: Et eis belluis honos a posteris habitus. Cro codillos admirantur multi: cum hoies iterficiāt edantq; rem pnitioſam mortalibus: cur lege: ut pro diis colantur: fuerit fancitum. Sed uidentur toti patriæ securitatem afferre: non tantum nilus: sed & qui in eo sint crocodilli: Quos arabia libyæq; latrones ueriti non audent flumen transire populatum. Affer tur & alia ab historicis huius bestia colēdæ ratio: Nam regem: quem minam dixere: cum sui canes per sequerentur: fugisse aiunt in miridis paludem: ibiq; a crocodillo susceptum: mirabile dictu in continen tem fuisse delatum. Igitur ut grām animali redderet condita ciuitate paludi ppinqua: quâ crocodillam appellauit: mandasse accolis: ut pro deo ea bestia coleretur: paludemq; in earum cibum uouisse. Eo quo que in loco pyramidem quaq; uersus quadratam in sepulchrum sibi ac rē multis admirandam sæculis labyrinthum ædificasse uolunt. Similia & de multis aliis animantium ferunt: quæ breuitatem sequen tes omisimus. Hæc autem ob eis utilitatis causa fuisse adinuenta idicium est: nonnullos cibis quibusdam qui in usu: sint: abſtinere. Nam quidam lentem: alii fabam: nonnulli caseum: alii cepe: cum plurimos eius modi fructus ferat ægyptus: nequaquam edunt. Adiciitur his & alia causa: apud priſcos reges sæpius de ſciſcente populo: quempiam prudentia præstantem in plures ægyptum partes diuifisse: edixisseque: quæ animalia separatim colerent: a quibus ue cibis abſtinerent. Eo id actum esse consilio: ut cum quicq;

Aqlæ  
honor  
hirci ho  
nor pria  
pus pæs

Satyri  
tauri cur  
facri

Ruffi  
boues  
busriridis  
fabula

lupi ho  
nor

Lycopo  
lis

Croco  
dilli ho  
nor

Mia rex

Croco  
dilla

urbs  
Aialia  
cur colū

tus Lens  
faba Ca  
seus Cæ

pe

certa animantia pro diis haberent: quæ ab aliis colerentur: contemptis: alteri alteros perosi nequaquam simul aduersus principes conspirarent. Quod & secutum est. Nam diuersorum finium homines inuicem dissentiunt mutuo sibi cultus impietatem obicientes. Fertur & alia horum animalium consecrandorum ratio. Nam a primordio orbis conuenientes simul homines ex siluestri uita primum carnibus humanis uelcebantur: bellabantque inuicem: eo: cui plus uirium inerat: superante. Tum iniuriis potètorum imbecilles urgente necessitate edocti: acie facta signum animalis sibi ex his: quæ postea consecrata sunt: proponere. Ad quod postmodum congregati infirmiores aduersus aliorum iniurias se tuebatur. Quo factum est: ut animali: quod salutis causa fuerat: deorum honores tribuerent. Ita diuersæ ægyptiorum gentes huiusmodi animantibus a suis maioribus sacris: usque ad hoc tēpus honores præbent. Ex ea re dicuntur ægyptii præter alias nationes erga benemeritos de se grati. Existimant enim magni uitæ subsidium esse gratiæ retributione. Et sane mouentur omnes ad beneficia eis impendenda: apud quos senserint gratiam optime locatam esse. Hac ægyptii causa suos reges summo honore ueneratione: neque: ut deos: obseruant. Nam neque absque diuino numine illos tantum imperium credunt affecturos: & optime de mortalibus meritos propter res egregie gestas diuinæ naturæ participes arbitratur. Videbuntur fortassis hæc: quæ diximus miranda: sed nequaquam minus admirabitur quis: si quid apud quosque sit ægyptios consideret in funere mortuorum. Priuati diuersarum gentium mores. Cum quis defunctus est: propinqui omnes amici: qui deturpato luto capite lugētes ciuitatem: quoad mortuus sepeliatur: circumeunt: Interim neque lauantur neque uinum aut cibum nisi uilem sumunt: neque uestibus utuntur splendidis. Sepulchrorum tres habentur species. Sumptuosa. mediocris. humilis. In prima argenti talentum exponit. In secunda minas uiginti. In ultima parum quid sumptus irrogatur. Qui funera mortuorum curant: eo exercitio a maioribus tradito: funeris impensam domesticis descriptam ferunt. Scrutantes quanti uelint celebrari funus: conuentione facta corpus eis traditurus: ut iuxta impensam curetur funus. Primus grammaticus ita enim appellatur posito humi corpore circa illa describit quantum a sinistra parte incidatur. Deinde qui dicitur scissor: habens lapidem æthiopicum: quantum lex finit: lapis aperit: subitoque cursu persequentibus: qui astabant. lapidesque cum execratione in eum iacitibus: fugit: Existimant enim odium inhærere quicumque amici corpus uulnere illato uiolarit. Curatores uero corporis hos fallitores appellant: honore digni existimationeque habentur. Vtuntur enim sacerdotibus temperatque pariter ingrediuntur. His penes cadauer astantibus unus per scissuram corporis interiora præter renes & cor ducit. Quæ singula alter uino phæniceo ex rebus odoriferis lauat. deinde corpus totum primum ex cedro cum aliis præciosis unguentis unguunt dies amplius triginta: Myrrha deinceps ac cynamomo cæterisque rebus linunt: quæ non solum id seruare diutine: sed odoriferum reddere queant. Curatum cadauer cognatis tradunt defuncti. Ita singulis eius partibus etiam superciliorum palpebrarumque pilis integre seruatis: ut omnis corporis species dormientis more: integra perduret. plures ægyptii progenitorum corporibus domi magno sumptu conditis: respicientes suorum imagines uiuentium magnitudine & habitu a longa progenie ductas: tanquam uiuentium aspectu animo oblectantur. Antequam sepeliatur corpus: prædicatur a cognatis tum iudicibus tum defuncti amicis: sepulturae dies. Afferunt uero illum nomine mortuum appellantes paludem transiturum. Astantibus iudicibus amplius quadraginta numero sedentibusque in præparato ultra stagnum hemicyclo. Trahitur nauis ad id composita ab his: quibus ea cura iniuncta est: regente magistro: quem sua lingua ægyptii Cyronem uocant. Unde & orpheum: qua de re paulo post dicitur: Afferunt: cum hunc mortem apud ægyptios conspexisset: finisse postmodum inferos partim quæ uiderat: imitatum: partim: quæ ipse comētus esset. Perducta in stagnum nauis antequam condatur in arcam cadauer: permittitur lege uolenti mortuum accusare. Si quis comprobatur male uixisse iudices sententiam ferunt: qua censent corpus eius sepulchro priuandum. Qui deprehenditur iniuste crimen obicisse magna mulctatur poena. Cum deest accusator: aut per calumniam accusatum constat: cognati finito luctu ad laudes mortui uertuntur: nil de genere eius: sicut greci consueuerunt: narrantes. Existimant enim omnes ægyptii pariter nobiles esse: sed ordientes a pueritia: in qua uitæ institutionem eruditionemque recensent: ad uiri ætatem descendunt. Eius erga deos religionem iustitiam continentiam uirtutesque cæteras commemorantes. Inuocatis uero: inferis diis precantur: ut eum inter pios locent. Ad quæ uerba omnis multitudo correspondet: gloriam mortui extollens tanquam apud inferos cum beatis semper futurus. Sepeliunt postea quique suos. hi in propriis sepulchris. hi: quibus ea defunt: domi apud firmiore parietem arca corporis erecta. Qui uero aut crimine aliquo: aut foenore sepultura prohibentur domi absque arca ponuntur. Quos posteri ditiores facti ac debita crimina soluentes: honorifice sepeliunt. Gloriantur enim ægyptii suos parètes maiores uel magnifice esse sepultos. Mos est apud eos defunctorum parentum corpora dare impignus creditoribus. Summa illos qui non redimunt: sequitur infamia: & sepultura carent. Mirabitur quis merito eos qui hæc instituerunt: non solum quæ ad uiuentium mores spectaret profecutos: sed etiam quæ ad mortuorum sepulchra cultumque pertinerent. Adeo hoc pacto ad bonos mores quantum fieri posset componi uitam hominum extimabant. Greci sane qui fictis fabulis ac poetarum dictis fidem excædentibus de priorum meritis malorumque poena tradiderunt: nequaquam potuerunt suis scriptis traducere homines ad uirtutem: Quin contra potius derisi contemptique sunt ab improbis. Apud ægyptios uero non fabulis: sed uisu impiis

Gratioli

Reges

Funerū  
mos  
SepulchraCadauerū  
curaCyron  
Inferog  
figmētaMortuorū  
lausPignora  
parentū

Lepore ego

pœna iustis laus impartita. Singulis diebus utrosque eorum quæ uitæ utilia existant admonet: cum uideant: cuique pro his quæ egit debiti præmii memoriam impendi. Quæ ex causa ad meliorem singuli uertuntur uiuendi normam. Eas enim optimas esse leges putandum est: quibus non diuites: sed honesti prudentesque homines fiant. Igitur de ægyptiis legum latoribus qui eas tam admirabiles exquisitasque tradidere dicendum uidetur. Post antiquam ægyptiorum uitam quam deum heroumque tempore fuisse fabulantur tradunt persuasisse primum multitudini scriptis uti legibus. Minam magni animi uirum uitæque inter omnes pbata: Finxisse autem eas mercurii datas præcepto tanquam magnorum bonorum causam futuras: Quemadmodum apud græcos aiunt in creta quidem Minoem: apud lacedæmonios ligurgum fecisse: quorum alter iouem: alter Apollinem suarum legum auctorem extitisse dixit. plures quoque nationes eo modo tradunt leges suscepisse: quæ obtemperantibus multorum bonorum causa fuerent. Arianeis namque scribunt zaratrasten limulato numine dedisse leges. Getis eodem modo zamolxis uestigia proferens leges tulit. Apud iudeos Moyses ab iho quem deum uocant acceptas leges dare præ se ferebat: siue putantes rem mirandam ac diuinam maximeque mortalibus utilem leges esse: siue ut citius populi ob rei excellentiam deum timore legibus obtemperarent. Secundus apud ægyptios legum lator dicitur uir prudentia excellens Sasocheus Hunc & ad deum religionem cultumque multa prioribus legibus addidisse perhibent: geometriaque fuisse inuentorem: ac incolis astrorum curius ostendisse: Tertium Sosochem regem tradunt: qui ad rem militarem & belli munia plurima contulit institutis suis. Quartus scribitur rex buchoris tulisse leges: dederit: & commertia hominum iudiciaque constituerit: cuius memoria in multis ob ingenii acumen usque ad hoc tempus manet. Eum dicunt infirmo extitisse corpore: pecuniarum præ cæteris cupidum. Post hunc legibus multa addidit Amasus rex: quem tradunt & de his: quæ ad monarchas pertinent: deque omni ægyptiorum iconomia præcepisse. Hunc admodum perspicacem scribunt iusti æquique amatorem: quæ ex re ab ægyptiis est rex constitutus: cum regio genere ortus non esset. Cum cliens circa olimpiacum certamen occupati legatis ad eum missis quæsisset: quo maxime modo id certamen iuste fieret: si nullus cliens certaret respondit. Policratum Samiarum principem: quæ se cum societatem coierat cum & ciues & externos eo nauigantes uiolentius tractaret: per legatos ad modestiam hortatus est: quo sua consilia aspernante per epistolam societatem diremit: scribens: cum sciret illum breui impiæ tyrânidis pœnas daturum nolle ex amici casu dolere. Admirati sunt græci plurimum uiri prudentiam: cum policrati breui quod prædictum fuerat euenissent. Sextum ferunt Darium Xerxis patrem legibus ægyptiorum addidisse: Cui cum displiceret cambysis: qui antea regnauerat: erga deos ægyptios iniquitas: humaniter pieque uixit. Itaque sacerdotes eorum haud aspernatus theologia ab illis gestisque quæ libris sacris continebantur: percæptis: præcorum regum magnificentiam & in subditos humanitatem historiam complexus est. Certe uirtutem illorum imitatus ab ægyptiis solus uiuus deus appellatus est. Mortuus uero eos honores assecutus: qui regibus antiqua lege tribuebantur. Has communes leges priores illi magna gloria tradidere. plura postmodum quæ antea comprobata erant macedonum tempore sunt commutata. Nunc qui græci sapientia & doctrina præditi in ægyptum præcis temporibus transferunt: ut leges & doctrinam illorum perciperent: recensebimus. Scribunt eorum sacerdotes in sacris contineri libris trāsisse primum ad ægyptios Orpheum: Museum: Melampodem: Dedalum: homerum poetam: & spartanum lingurgum. Deinceps Solonem atheniensem Platonem philosophum: Ac Samium pythagoram: Eudoxum quoque mathematicum: ac Democritum abderitem: & niopidem chium: Omnium uero monstrantur uestigia: quorundam imagines: nonnullorum loca: tum ab eis: tum ab doctrina: quæ secuti sunt denominata. In ægypto certe percæperunt omnia: quæ illos apud græcos admirabiles fecere. Nam orpheum hymnos deorum plurimos: orgia & iherorum fictionem attulisse tradunt: Osiridis sane cerimonias & dionysii eadem esse: similesque esse isidis cererisque nominibus tantum differre. Impiorum uero pœnas & campos elisios & statuarum usum ab ægyptiorum sepulchris sumpta introduxit. Mercurium quoque secundum antiquos destinantem finxit mortuorum animas. Erat mos ægyptiis Apis corpus reducentem aliquid prope affanti cerbero abscissum porrigere. His ab orpheo ad græcos traductis homerus orpheum imitatus idem in suo poemate scribens ait mercurium cyllenum animas heroum euocare habentem uirgam in manibus. Rursusque errant prope oceanum fluxum & leucades petram solisque portas & somnia populorum. Sequebatur uirens pratium: ubi iuniorum erant animæ simulacra mortuorum. Oceanum igitur nilum uocant: quoniam ab ægyptiis proprio nomine nilus oceanus appellatur. Solis portas heliopolim dicit: pratium uero habitationem confictam putat eorum: qui trans paludem delati sunt: quæ acherusia nominatur. Ea prope Memphim: circumque pratia amena: paludisque calamis plenæ. Prosequitur deinceps mortuos hæc incolere loca quoniam ægyptiorum sepulchra maiori sane ex parte in eis locis posita. Corpora uero per fluium & acherusiam paludem ad sepulchrum delata: ibique condita aliaque plura quæ nunc etiam seruant ægyptii: dant fabulis quæ græci de inferis finxerunt locum. Nam nauis quæ uescat corpora uaris appellatur: Hæc apud græcos epinathra. Obolus aiunt dari portitori cui nomen inditum est ab incolis Caron. Afferunt circa hæc loca hecates umbrosæ templum. Cocyti portas: atque obliuionis æreis uectibus distinctas. Esse & alias portas ueritatis: quas prope statua sit iustitiæ absque capite. Multa quoque alia fabulosa de ægyptiis ferunt: quæ adhuc nomine & opere perseverant. Nam in urbe Achata trans nilum libyam uersus procul a mephi



stadis centum quinquaginta uas est perforatum: ad quod singulis diebus sacerdotes. ccc. lx. aquam ex ni-  
 lo deferunt. Afini etiam ficti fabula monstratur in quadam celebritate. Nodos enim quos unus in pri-  
 cipio longioris funis complicat. Alii post sequentes dissoluunt. **Melampodē** insup ferūt dionysii sacra  
 ab ægyptiis ad græcos transfuisse: quæ ue de saturno feruntur: deq; titanum pugna: historiam postre-  
 mo omnem deorum passionum docuisse: Dedalum quoq; aiunt imitatum esse laberinthi errores: qui  
 ad hoc usq; tēpus manet. Hunc aliqui ædificasse dicunt Mendetē: alii naronem regem multo anteq̃ sa-  
 turnus regnaret. Numerus prisicarum apud ægyptios statuarum idē est: qui est a dædalo græcis factus:  
 Templi uulcani uestibuli quod pulcherrimum in memphi situm est: Dædalum architectum fuisse con-  
 stat obq; eam rem a populo statua lignea in templo quæ ab ipso fabricata sit donatū. Huic propter ar-  
 tis præstantiam multaq; ab eo inuenta magna gloria adepta deoꝝ honores accolæ ipenderunt. In una  
 enim memphis insulæ templum nunc quoq; est dædalo dicatum. **Iomerū** in ægypto fuisse: tum alia  
 multa iudicia feruntur: tum maxime potio ab helena in p̃teritorum obliuionē Telamacho data. Nam  
 potionem ad ob olendum luctum: quam poeta helenam cōposuisse scribit: in thebis ægyptiis a polim-  
 nea thomii uxore factam constat. Vbi nunc quoq; mulieres hoc medicamine utuntur. Apud solos ue-  
 ro heliopolitas. Eadem enim heliopolis & thebæ sunt: prisicis etiam temporibus inuenta esse tradunt  
 & iræ & doloris medicamenta. **Venerē** incolæ ex antiquo nomine aurea appellant: agrumq; esse con-  
 stat aureæ ueneris prope memphim. Quæ de louis lunonisq; connubio traduntur: deq; in æthiopiam  
 peregrinatione exinde uidetur traductum: quod annis singulis ægyptii iouis templum traiecto flumie  
 in libyā fertur: Et constitutis diebus iterum ad priorem locum reducant: tanq̃ ioue ex æthiopia redeū-  
 te. **Quin** etiam ligurgus plato solon multas ab ægyptiis sumptas leges ad suas res. p. detulerunt. **Pythago-**  
 goras insuper multa ex sacris libris geometriam quoq; & arithmetica percæpit: ac animarū i alia cor-  
 pora transmutationem. Existimant aut̃ & democritum quinq; annis quibus in ægypto fuit plurima in  
 astrologia didicisse. Similiter & Inopidem cum sacerdotibus astronomisq; diutius uersatum: & solis cir-  
 culū: & alioꝝ cursus astroꝝ: zodiacūq; ac multa alia ab eis pcepta ad græcos digna laude attulisse. **Scul-**  
 ptores antiqui maxime in honore fuerunt. **Teledus** ac theodorus rhici filii: a quibus sami pithii apolli-  
 nis simulacrum inest sculptum: Huius statuæ medietas ferē Teledet opus fuisse: reliqua pars a theodo-  
 ro in ephefo pfecta. His simul positus ita conueniebat totum corpus: ut ab uno artifice scultum uiderē  
**Genus** artis græcis ignotum: sed apud ægyptios erat usu cognitum. Nam soli ægyptii non oculis totius  
 statuæ compositionem metiebantur: sed dimensiōe ut ex uariis multisq; lapidibus in unum corpus ad  
 certam mensuram redactis statua p̃ficeretur. Res p̃fecto miranda diuersos artifices uariis in locis ita  
 in unam mensuram conuenire: ut q̃nq; ex uiginti q̃nq; ex quadraginta partibus unica statua compone-  
 retur. **Quod** in famo signum simile operi ægyptio a capite usq; ad pudenda ita pari forma diuisum cō-  
 stat ut unius opus appareat. Et hæc in modū statuæ ægyptiæ fertur p̃tēsis manibus cruribus in ambu-  
 lantis modum. Et de ægyptiis hætenus: nunc ad assirios transeamus. Finis.

Melampus  
Dedalus  
Mendes  
urbs  
Vulcani  
téplum  
Dædali  
templū  
homerō

Venus  
aurea  
Iuppiter

Pythago-  
ras  
Demo-  
critus

Teledus  
Theodo-  
rus

## EXPLICIT LIBER SECVNDVS. INCIPIT TERTIVS IN QVO HEC CONTINENTVR: PRIMVM.

De nino qui primus in asia imperauit: deq; eius gestis.

De semiramidis genere: eiusq; incremento.

Quomodo ninus duxit uxorem Semiramidem propter eius uirtutes.

Quomodo Semiramis post mortem nini suscepto impio multa egressia fecit.

Aedificatio babylloniæ:

De semiramidis in ægyptum ethiopiā atq; indiam expeditione:

De successoribus suis: regū babylloniæ delitiis: & ocio.

Quomō Sardanapalus ultimus assirioꝝ rex ppter uoluptates regno ab arbaco medo priuatus est.

De regibus medis & quomō de eis dissentiant scriptores:

De caldeis: & de obseruatione astrorum.

Descriptio indiæ: & de his: quæ in ea fiunt: deq; indoꝝ moribus & institutis:

De scithis: amazonibus: & hyperboreis.

De arabia: deq; his: quæ in ea sita esse fabulantur.

De insulis uerius meridiē in oceano inuentis.

**VPERIORE LIBRO:** iis quæ ad ægyptioꝝ deos: nili naturā: reges prisicos: leges: mo-  
 res: sacra: cæteraq; memoratu digna ptinebant descriptis: p̃sens antiquas asiæ res cōti-  
 net initio ab ip̃erio assirioꝝ sumpto. In asia prisicis t̃pibus regnauere i digetes: quoꝝ ge-  
 sta nomēq; uetustas aboleuit. Primus rex assirioꝝ scriptores nactus est ninus q̃ eius ge-  
 sta litteris traderent. Is natura bellicosus & uirtutis appetens: cū primū robustissimos  
 iuuenū plurimo t̃pe armoz̃ usu ad oēm laboz̃ patiētiam & belli picula exercuisset co-

acto exercitu societate inuit cū arieo arabū rege: quoꝝ opes ea tēp̃tate: ut res erant: plurimū ui atq; ar-  
 mis p̃stabāt. Hæc gens libertatē seruās nullū aduenā apud se regnare passa est: Ita neq; p̃sarum neq; ma-  
 cedonū reges quīs potētes armis eoz̃ impio potiti sunt. Est eni i expugnabilis ab externo milite: ppter

Ninus

loca partim deferta: partim arida aq̄sq̄ deficientia. Sunt tamen fontes plurimi: sed absconditi ac folis incolis noti. Ninus igitur arabū rege assumpto exercitum duxit aduersus babylonios arabiae cōterminos. Nondum enim cōdita erat babylonia: sed aliae circa urbes nobiles incolebantur: quibus p̄pter armoz defuetudinē facile superatis tributozq̄ imposito regem eoz cum filiis captum interemit. Deinde quibūsdā armeniae urbibus in potestate redactis Barzanes rex nino uiribus impar cū multis donis occurrens & se & regnum eius potestati pmisit. Huic ninus magno usus animo armeniae regnum restituit cōmeatu & militibus Imperatis. In mediā deinde auctis uiribus trāgressus: cum ei Farnus rex cum exercitu occurrisset: p̄lio uictum eumq̄ uxore & septē filiis captum cruci affixit: p̄spera fortuna elatum ninum cupiditas cepit totius asiae: quae inter tanaim nilumq̄ faceret potiundi. Secunda & enim res ut plurimum maiorz ingerunt cupiditates. Itaq̄ p̄sida ex amicis quodā mediā imposito ipse ad reliquam subiciendā asiam profectus oēm annis decem & septem praeter indos ac bactrianos in potestate redexit. Pugnas singulas aut de uictoz numerz nullus scriptor tradidit. Nos quae excellentiora feruntur etheliā gnidum secuti paucis narrabimus. Subiecit omnes maritimas ac p̄pinquas gentes Egyptios phoenices & interiorē syriam: ciliciā pamphiliam liciam caria phrygiā misiam lidiam troada & phrygiā quae est supra hellepontum p̄pontida etiā ac bythiniā & capadocia & gentes iuxta pontum barbaras usq̄ ad tanaim flumen suae ditionis fecit. Adiecit imperio cadusios tapiros hyrcanos drancas deruicos carmanios comromneos rhombos uorcianos parthos. persas preterea: ac susianos caspiosq̄ ad quos angustus est aditus: unde & portae caspiae appellantur. pluresq̄ alias quas recensere instituto opere plixius esset ignobiles nationes. Inito cum bactrianis bello cum & locoz difficultate & hoium numero se tutaretur: retro caedens in tēpus aliud id certamen distulit. Ducto in syriā exercitu: urbi condendae locum elegit. Verum cum superiores omnis gloria & rebus gestis superasset: & urbē quoq̄ ingentem cōdere statuit: cui par magnitudinē neq̄ fuisset antea: neq̄ esset futura. Arabum regē donis spoliisq̄ cumulātū magnifice cū exercitu domū remisit. Ipse coactis undiq̄ uiribus: & his quae ad tantū opus spectarent paratis supra euphratē urbē condidit non aequa laterum dimensione: nam duae muri partes longiores erant reliquis. Hoz latas quodlibet longitudine est stadioz centum quinquaginta. breuiores uero stadiis nonaginta. Quae muri dimensione ambitus stadia complectitur quadringenta octoginta. Et sane spe sua nequaquā frustratus est. Nulla enim postmodū urbs tanto ambitu tanta ue moeniū magnificentia constructa est. Altitudo muroz pedum est centum: latitudo q̄ tres currus simul perambularēt. Turres mille & quingentae: quaz alitudo pedum est ducentoz. Habitare eam coegit maiori ex parte assirios: & quidem potentiores. Ex reliquis nationibus uoluntarios assumpsit. a nomine suo urbē ninam appellans. Agros propinquos habitatoribus diuisit. Condita urbe arma in bactrianos uertens ibi semiramidē uxore cepit: quae cū clarissima omnium muliez feratur. quomodo ex humili fortuna ad tantā gloriam peruenerit: haud ab re erit referre. Est syrie ciuitas Ascalon haud procul hac stagnum est piscibus plenū iuxtaq̄ tēplum in signe deae: quā appellant Dercetam facie hominis: reliqua parte corporis piscē. Huius causae fabulam ferunt Venerē aliquando obuiā ei deae factam amore cuiusdam speciosi adolescentis sacrificatis sibi iniēcisse: ex q̄ eoz esse coitu filiam natam: deam sui erroris pudore ductam amouisse adolescentem: Filiam uero in loca quaedā deferta ac saxosa in quibus aues erant plurimae exposuisse: ibiq̄ quasi diuino nutu ab auibus infantē nutritam. Se uero pudore doloreq̄ compulsam in lacum abiecisse: atq̄ ibi in piscem conuersam. Vnde & sirii usq̄ ad haec tēpora his piscibus abstinentes eos pro diis colūt. Tradunt rem mirandā aues infantē alis confouentes nutritisse coagulato lacte ex proximis pastorum mapalibus capto. Acto anno cum firmiori cibo egeret aues caseum eodem ex loco raptum ori infantis admouisse. Quare a pastoribus ex corrosione casei animaduersa infantem speciosam forma compertam ferunt: nutritaq̄ apud se dono postea datā p̄sidi pastorum regio nomine Simma. Hic liberis carens ut filiam magna cura nutritam: Semiramidem ab auibus: eo enim nomine lingua siria uocantur: appellauit. Quas postmodū syri oēs ut deas honorant. Haec de Semiramidis ortu fabulae tradunt. Quae cū iam nubilis esset: ac pulchritudine caeteras excaderet uirgines: missus a rege ad recensendos greges p̄fectus syriae Menones: cum apud Simmam diuertisset conspecte uirginis amore captus uxorem illam sumēs duxit in ninam. Ex q̄ ea duos lapatem atq̄ Idaspē liberos genuit: Cum plures uirtutes semiramidis formam exornarent: uir mulieri deditus nil absq̄ eius agebat cōsilio. Ninus ciuitate a se cōdita adiecit animum ad bactrianos patriam montosam: accessuq̄ difficilem & hominum numero ac uiribus ualidam. Cum aut̄ priori expeditione nil p̄fecisset: maioribus opus esse ratus copiis coacto ex singulis gentibus electo ingenti exercitu aduersus eos p̄fectus est. Tradit ethesias scriptor pedites ad decies septies centena milia fuisse: equitū milia ducenta. Currus uero falcatos paulominus decem milibus & sexcentis: qui militum numerus: incredibilis nunc forsan sit audientibus: sed haud quāq̄ impossibile uidebit̄ asiae magnitudinē multitudinēq̄ in ea nationū animo aduertenti. Nam si quis darii aduersus Satas expeditionem cum octingentis militum milibus si quis item xersis in graeciam transitum cum infinita pene hominū multitudinē siq̄ in europa paulo ante res gestas consideret: minime dictis nostris abrogabit fidē. Nam ex unica sicilie ciuitate syracusis Dionysius exercitum peditum centū uiginti: equitum duodecim milium confecit. Naues magnas partim triremes partim quinqueremes ad quadringentas ex uno eduxit portu. Romani pauloante hanibalis tempora futuri belli praecedentes magnitudinem censu in

Barzanes  
Farnus

Caspiae  
portae

Nina  
urbs

Semiramis  
Ascalon  
Derceta  
i piscem

Semiramis  
Menones

Syracusae

Italia tum ciuium tum sociorum qui bello apti essent habito decies cetera ferme milia hominum describere. At ea ne uni quidem Asiae prouinciae hominum numero, comparanda est: quae ideo recensu, minus ne quis ex hac: quae nunc est urbium solitudine priscam illarum gentium expendat copiam. Hunc tantum numerum gentium Ninus contra Bactrianos patriam asperam atque angustam ducens exercitum in plures partes diuisit. Sunt in Bactria plures insignes urbes: quarum una: ea regia est: Bactra nomine praestantior caeteris habet tum magnitudine tum arce admodum munita. Bactrianorum rex erat Zoroastes: qui comparato hominum quadringentorum milium ualido exercitu nino in finibus occurrit: Permissaque de industria parte hostium prouinciam ingredi pugna inita hostes in fugam uersos superat: persequitur caedendo usque ad montes proximos ad centum milibus hostium caesis: deinde auxilium ferente suis nino superati a multitudine assiriorum Bactriani dispersi suae quisque urbi subsidio abiit. Ninus Bactriam ingressus caeteris urbibus captis Bactra & nam loci & rebus caeteris: quae ad defensionem spectant munitam: cum expugnare non posset: obsedit: protracta longius obsidione uir semiramidis: is nino aderat: amoris impatiens uxorem accersit: quae perspicax magnique ultra muliebre sexum animi tempus nacta quo uirtutem ostenderet: uiam multorum dierum ingreditur. Induta eiusmodi formae stola ut uir mulier ne esset nequiret perspicere. Tuebat: ea ab itineris estu corporis colorem agilis ad omne opus. Cuius tanta erat comoditas: ut postmodum mediocum asye imparent. persequitur: stola Semiramidis uterentur. Cum uenisset in Bactriam perspecta obsidione: tum locis urbisque situ: quaque adiri posset animaduersis: arcem quia loco natura munito difficilisque erat: & que nullus antea tentarat accessu custodius uacua coespexit. intentis omnibus ueluti arce ab hoste tuta: ut inferiori parti campestri subsidium ferrent. Sumptis igitur qui per loca petrosa abruptaque ascendere soliti erant per aditum uallis precipitem superata loci asperitate parte arcis cepit: magnoque ad terrorem excitato tumultu signum captae arcis obsidentibus dedit. Qui infra urbem erant arce amissa obstupefacti derelictis, incensis fuga salutem consuluerunt. Capta ciuitate admiratus Semiramidis uirtutem Ninus in primis eam multis donis cumulauit. deinde pulchritudine eius allectus persuadere uiro conatus est: ut illam sponte sibi uxorem condonaret: pollicitus filiam se matrimonio in eam gratiam daturus nomine Sofanem. Reuenti cominatus est ei se oculos non pareret eruiturum. Hoc percussus timore simul & amore incensus Menones: cum laqueo uitam finisset. Semiramidem ninus uxorem cepit. Thesauri omnes Bactrianorum magnum auri atque argenti pondus ad ninum perueniunt. qui constitutus Bactrianorum rebus exercitum dimisit. Genitorem ex Semiramide filio cui nomen nini indidit. excessit e uita imperio uxori relicto. Sepultus est in regia sepulchro ingentis molis altitudine. nouem stadiorum: latitudine ut ait ethesias decem ei constructo. Cum ciuitas iuxta eufratem sit: in plano condita conspicitur uelut arx quaedam ea moles. Licet multis stadiis distans: quam nunc et stare dicunt. Post ninam a mediis dirutam quo tempore assiriorum impio potiti sunt. Semiramidis magni mulier animi cupiens uirum rerum gloria excellere urbem in Babylonia condidit: accersitis undique opificibus atque architectis caeterisque quae ad tantam rem pertinebant paratis. Addidit ad id opus perficiendum ex omni regno hominum milia terdecies centena. Urbs ab utroque latere eufratis: ut medius interfluat: aedificata: cuius moenia ambitu stadia trecenta & sexaginta complectebantur frequentibus turribus ac magnis. Erat tanta operum magnificentia. ut in muri latitudine sex equorum curus una perire possent. Altitudo incredibilis audientibus: ut ethesias gnidius ait. Vt autem clitarcus & qui cum Alexandro in Asiam profecti sunt scripsere: pedum trecentorum sexaginta quinque. Addiderunt etiam quolibet anni die stadium muri absolutum: ut tot sit stadiorum circuitus: quot dies annum conficiunt. Moenia ex lateribus & asfalto facta: quorum altitudo: ut ethesias tradit: est passuum quinquaginta. Vt quidam postiores scribunt: cubitorum quinquaginta: latitudo amplior quam qua duo curus ueherentur. Turres ducentae quinquaginta numero: quarum altitudo latitudoque magnificentiam aequat murorum. Non est autem mirandum in tanto moenium ambitu paucas turres construisse: quae loci natura esset admodum munita. Inter murum atque aedificia pomerium duo iugera conficiunt. Vt clericus opus consumaretur: cuiuslibet ex amicis stadium proficiendum tradita ad id ipsa assignauit. His moenibus summa cura unico anno absolutis. pontem qua parte fluuius angustior fluebat construxit stadiorum quinque longitudinis columnis in profundo summa arte inuicem pedes duodecim distantes iactis: lapides aedificii truncis ferreis immixto iuncturis liquefacto plumbo coniunxit. Ante columnas ad impetum aquae scindendum cursumque fluuii reprimendum firmos composuit angulos: quo ab omni aquae undique circumfluentis uirtute esset pontem. Is triginta pedum latitudine erat: ex cedrinis cyparissisque ac palmarum trabibus spectate magnitudinis coniunxit. Opus nulli arte posterius eorum quae a semiramide facta sunt. Ab utroque fluminis latere murum duxit stadiis trecentis sexaginta pari moenium urbis latitudine. Regias iuxta flumen ex utroque pontis latere duas aedificauit: quae & aspectum late urbis preberent. & essent tanquam ciuitatis propugnacula: eufrate per mediam urbem meridiem uersus fluente. Altera regia ad orientem: ad occidentem altera spectat: utraque ingenti opere constructa. Nam quae ad occidentem uergit: primum habet ambitum stadiorum sexaginta altis & sumptuosius moenibus ex cocto latere constructum. Alter deinde interior est circuitus: cuius in crudis adhuc lateribus uaria animantia: quae suo colore ad naturae similitudinem expressa fuere. Huius longitudo stadiorum est quadraginta: latitudo laterum trecentorum. Altitudo

Bactra  
Zoroa-  
stesSemira-  
midis

Sofanes

Ninib-  
stium

Babylō

ut ethefias scribit passuum quinquaginta. Turrium altitudo ad passus septuaginta eleuatur. Est & tertius intimus circuitus: qui arcem continet triginta stadiorum ambitu. Huius ædificii altitudo latitudoque superat secundi muri opus. Inerant diuersorum animalium figure in turribus ac muris: colore quoque ac forma naturali. Erat insuper omnis generis animantium uenatio. Quorum magnitudo quattuor cubitus excedebat. In his semiramis cõspiciebatur ex equo pardalum iaculata: iuxtaque eam uir ninus iaculo leonem feriens. Erexerat & portas tres: superque eas uaria ex ære posita ornamenta. Hæc regia excellentior ea: quæ ex altera sita erat fluiui parte fuit tum magnitudine: tum ornatu. Illius enim muri ambitus triginta stadia ex cocto latere complectebatur. loco animalium æneæ statuæ inerant nini ac semiramidis profectorumque: & Iouis insuper quæ bellum babylonii uocant. Inerant & acies structæ uariæque uenationis ad aspicientium uoluptatē. In loco babylonie humiliori lacum quadratum effodit: cuius singula latera ex lateræ cocto affaltoque ædificauit: stadia erant ducenta: profunditas pedum triginta quinque: ad quæ flumine super inducto ab regia fossa utrinque aditum fecit. Ex utraque uero parte ex cocto latere fornicibus constructis affaltum superinduxit ad quattuor cubitorum spissitudinē: Erant autē muri fossæ latitudine laterum uiginti. Altitudine supra fornices pedum duodecim. Septem diebus opere perfecto flumen in priorem cursum restituit. Statuit autē ab utraque fossæ parte portas æneas: quæ usque ad persarum regnum steterunt. In urbis medio templum ioui bello erexit: cuius amplitudinem neque scriptores propter uetustatem: neque ulla memoria singulatim tradunt. Constat tamē ob illius mirandam altitudinem a chaldeis tum orientem tum occidentem uersus astrorum in eo obseruationes factas. Id ex latere atque affalto summa arte magnaque impensa ē constructū. In summo templi tres gigantes aureas statuas. Iouis lunonis opisque erexit: quarum Iouis adhuc extat longitudine pedum quadragintamille babyloniorum talentorum ponderis. Opis simili pondere in sella aurea residet: ad cuius genua duo astant leones iuxtaque serpentes argentei ingentis magnitudinis ponderis quilibet & talentorum triginta. lunonis stans signum ponderis est talentorum octingentorum. Huius dextera caput serpentis tenet. Sceptrum lapideum sinistra. His omnibus communis erat mensa aurea manufacta longitudinis pedum quadraginta: duodecim latitudinis: ponderis talentorum quinquaginta. Duo præterea charchesia talentorum triginta erant: totidemque uasa uaporibus apta utrinque talentorum triginta. Crateres ex auro tres: quorum ioui dicatus talenta mille & ducenta babylonia pendebat. Aliorum quilibet sexcenta: quæ omnia postmodum persarum reges surripuerunt. Regiæ & reliqua ornamenta tum tempore consumpta sunt: tum ab hominibus deleta. Ipsius quoque babylonie parua quedam portio superstat maxima parte intra moenia cultui agrorum exposita. Erat & hortus pensilis iuxta arcem non a semiramide: sed a quodam syro rege postmodum in gratiam persarum factus. Quæ cum persa esset genere cupiens in montibus uidere iuxta morem persarum prata uiro persuasit: ut artificio excitaret ortum: qui arboribus pratibusque patria representaret. Huius orti singula latera iugeribus quattuor extenduntur. Aditus ueluti in monte erat ædificii altero super alterum constructus: ut ex eo conspectus longe lateque pateret. Testudines in solo posite erant: quæ totius horti pondus sustinerent. Inde aliæ supra alias ex crescente semper magnitudine ædificate. Nam superiores: in quibus orti murorum superficies continebatur: altitudine quinquaginta cubitorum eminebant. Earum latitudo pedes erant duodecim: muri magna impensa constructi spissitudine erant pedum uiginti duorum. Solum hoc modo constabat. Erant posite lapidæ trabes longitudine pedum sexdecim: sex latitudine. Supra has pro pavimento strætæ arundines affalto compactæ. Desuper cocti lateres duplici ordine gypso structi: tertio regulæ plumbeæ: ne qua humiditas ad testueines manaret. Aquarum insuper receptacula: quibus humor efflueret. in hoc pavimento congesta humus profunda ut magnorum arborum radicibus satis esset ortum efficiebat: in eo proceræ omnis generis arbores aspectum iucundum reddebant. Lumen quoque adeo testudines iuicem præbebant: ut in eis regia deuersoria haberentur. Præterea aquæ ductus occulte fabricatus rigabat hortum. Et hæc horti moles postmodum facta est. Semiramis & alias urbes supra euphratem tigrimque fluuios ædificauit: in quibus emporia constituit eorum quæ ex media ac paretanis omnique propinqua regione ferrentur. Post Nilum enim & gangem flumina totius asiæ nobiliora euphrates ac tigris ex armenie montibus fontes habent: Distant autem ab inuicem stadiis mille & quingentis delatique per mediam & paretanos descendunt in mesopotamiam: quæ undique circumdantes regioni nomen indiderunt. Deinde per babyloniam fluentes in mare rubrum deferuntur: Flumina ingentia alueo compresso magna emporia frequentantibus existunt comoditati. Unde & locorum quæ iuxta aquas sunt mercatores contingit ditissimos esse. Semiramis ex armeniorum montibus lapidem excidi fecit longitudine pedum centum quinquaginta latitudine uero spissitudinemque quattuor & uiginti. Hunc magna curruum multitudine ad flumen delatum nauisque impositum babyloniam deluit: in quæ uia insigniori erexit. Res mirabilis aspicientibus: quam a forma obeliscum dicunt inter septem miranda opera annumeratum. Cum multa sint babylonie aspicientibus admiratio ne digna non minus mirabile quam magna uim que in ea gignit affalti: tanta enim illius superest copia: ut non solum satis tot tantisque ædificiis fecerit. Sed & populus licet innumerabilis eo arefacto pro lignis utatur: adeo magna illius copia tanquam ex largo fonte haurientibus adest. Hunc prope fontem est terræ hiatus haud magnus sed uirtute mirabili: Enicit. n. odorē sulphureū ac grauē: que trāsēutes aiantes iter facit. Ita. n. anhelitū cõprimit: ut spiritus intercluso arrepta respirandi facultate mors subito sequitur. & ultra flumē palus bre-

hortus  
pensilis

euphrates  
Tigris  
mesopotamia

Obeliscus  
Assaltus

ui cirūscripta loco sumū hñs circa solū: i q̄ siqs īficius īgrediat̄ eueſtigio attrahit̄ nulla data regrediēdi fa-  
 cilitate deide paulatī corpe quodā corpis totius in p̄fidū delatus mergit̄ pauloq; post mortui corpe sup  
 natat̄ Hisp̄fectis opib; Semiramis magno cū exercitu p̄fecta mediā uersus cū puenisset ad montem: q  
 bagistanus appellatur. Is ioui sacer est: castra posuit ortumq; iuxta in campis patentibus cuius ambitus  
 stadia duodecim complectabatur construxit fonte ibi erecto aqua cuius hortum rigaret. Pone hortum  
 saxum altitudine stadiorum decem & septem scindens in inferiori eius parte suam effigiem centumq;  
 ei dona ferentium sculpsit. Syris in eo litteris scriptum erat a semiramide subditorum opere id saxum  
 fuisse excisum. Deinde cum a parte campestri æquato ageribus saxi præcipitio in summum transcendē  
 in ciuitatem medie chaonam accessisset animaduersa in quodam elato campo stupendæ altitudinis ac  
 magnitudinis petra Hortum alterum per magnum in medio illius fecit ubi sumptuosa uoluptatis deli-  
 tiarumq; causa ædificia: ex quibus & hortum & omnem exercitum: is ī campis erat spectare possēt: e  
 xit. Hoc in loco diutius cōmorata est: quieti delitiisq; dedita. Nam alium uirum capere noluit uerita ne  
 imperio priuaret. Sed eos ex militibus eligebat: appetebatq; qui in castris erant forma & decore præ-  
 stantes. Quos omnes postea priuabat uita. iter deinde p̄ echatanos flexit ad iarcieū montem: Ad hunc  
 multis stadiis per plura præcipitia ac conualles erat aditus. Cupiens ergo tum immortale sui monimē  
 tum relinquere tum breuiorem facere uiam abscessis anfractibus locisq; concauis ad planum deductis  
 magno sumptu iter breuius reddidit. Quod usq; ad hoc tempus Semiramis appellatur. Ad ecbatanam  
 inde campeſtrem urbem accedens magno sumptu regiam ædificauit. Verum cum aqua ciuitas nullis  
 propinquis fontibus careret aquæ ductum in eam urbem admodum necessarium magna impensa la-  
 boreq; perduxit. Est mons urbi propinquus stadiis duodecim nomine orontes & accessu diffici-  
 lis: ut cuius recto itinere ascēsus usq; ad ſummitatem stadiorum sit uigintiquinque. Ex altera montis par-  
 te lacus magnus fluuium effecit: quem illa effosso ab radice monte in urbem induxit. Erat fossæ latitu-  
 do pedum quindecim: altitudo quadragintaquinque. His in media gestis uenit in persidem: aliaq; asia:  
 quibus imperitabat loca ubiq; montes saxaq; incidens uiam facilem transeuntibus reddidit: in locis pla-  
 nis aggeres statuens: nunc sepulchra defunctor; ducū: nunc urbes in eis ædificauit. Consueuit & aliquā  
 do in castris paruos aggeres erigere ubi tentorium suum tendens castra despiceret. Quo factum ē: ut  
 usq; ad nostram ætatem multa in asia eiusmodi rerū uestigia perdurent. quæ opera Semiramidis uocā-  
 tur. Vniuersa deinceps peragrata ægypto libyq; magna ex parte ī ditionē redacta ad iouem. Ammo-  
 nem tranſiit sciscitatur a deo suæ uitæ finem. Dicitur responsum ei datum ab hominibus migraturā  
 esse atq; a multis asiæ gentibus immortalium honores assecuturam. Idq; fore cum ei Ninus filius infi-  
 diaretur. Aethiopiam postmodum ingressa plurimaq; sibi subiiciens multa in ea miranda conspexit. fe-  
 runt in ea stagnum esse quadratum: cuius circuitus. clx. efficiat pedes. Aquæ eius colorem similem mi-  
 nio: odorē suauē neq; ueteri uino dissimilem. Virtute uero mirabili: ut quæ pota in infaniam uertēs co-  
 gat occulta errata palam fateri. Sed his haud facile adhibetur fides. Sepulturas defunctor; aethiopes di-  
 uersas ab reliquis faciunt Sallientes enim corpora inq; uasis uitreis nuda condētes supra columnas po-  
 nunt. Ita per uitrum defuncti corpus aspicitur quæadmodū scribit Herodotus: quod Gnidius ethiſias  
 improbat. Ait enim falliri corpora: sed nequaq; in uitro nudos cōdi. Vri enim ideoq; corrupta nō pos-  
 se spem feruare: sed statuas aureas cauas fieri in quibus mortuos ponant uitro circum eamposito.  
 Quo fit ut in locis superioribus sitæ circumstante uitro ymago aurea defuncto similis reddatur aspiciē-  
 ribus. Et hæc ditione sepulchra esse affirmant. Tenuiores argenteas ymages ponunt. Inopes uero fi-  
 ctiles. Vitrum abunde cum plurimum fiat in aethiopia omnes habent. Mores aethiopum aliaq; memo-  
 ratu digna paulo post: cum res eorum prisca referentur: narrabimus. Constitutis aethiopæ egyptiq;  
 rebus Semiramis ad bactrianos asiæ: cum exercitu descendit maximas hñs copias: Cum diutius pacem  
 egisset honoris cupida excogitauit aliquod memoria dignum bellum gerere. Audiens igitur indorū  
 gentem maximam inter cæteras orbis regionem uero pulchram fertilemq; eē: arma in indiam uertit  
 imperabat indis ea tempeſtate rex Staurobates maximo fulctus exercitu elephantēsq; plurimis bello  
 aptis. Est india præcæteris pulchritudine excellēs. ac multis quæ illam rigent fluminibus distincta bis-  
 q; fructus annuatim ferens. A deo autem omnibus exuberat ad uictum necessariis: ut affatim uilibet  
 fructus præbeat. Dicitur nunq; in ea sterilitatem esse aut fructuū uastitatem. Est & incredibilis elephā-  
 torū numerus: qui uirtutē & robore corporis multo libycis præstant. Similiter auri: argenti: ferri: æris  
 lapidum præterea prætiosorum cæterarumq; rerum: que ad delicias atq; opes spectent summa copia  
 que singula nota Semiramidi ad bellum indicum eius animum impulere. Videns autem quātū in bel-  
 lū susceptū esset: magnisq; sibi uiribus opus eē: oibus puinciaꝝ p̄fectis mādaui: ut p̄ magnitudine pro-  
 uinciarū iuniores aptos bello conscriberent utq; nouas armaturas pararent. Reliquis quoq; edixit ut  
 post trienniū in bactris parati instructiq; adessent. Iussit præterea in phœnicia syria cypro aliisq; mari-  
 timis locis ubi ea materia suppetit naues fluminibus aptas q̄ diuidi possēt: parari. Indus enim magnus  
 p̄ceteris eius loci fluuiis r̄gnū idoz terminās plurib;: tū ad trāuehedū: tū ad phibēdos: a ripa hostes  
 nauigiis eget. Et cū iuxta flumē haud q̄ materia eēt nauis apta neceſse fuit illas ex bactris p̄ terrā ue-  
 here: inferior uero elephator; apparatus rem excogitauit: q̄ terror & indos cogitantes nequaq; extra idi

Bastiga-  
nus mōf

chaona

Semira-  
midis lu-  
xuria  
Iarcieus  
mons  
Ecbata-  
uaOrōtes  
mons

Ammō

vermelon

Aethyo-  
pum se-  
pulchra

Vitrum

Stauro-  
bates  
india  
laus  
Elephā-  
tiIndusflu-  
uius

am elephantos eē. Occisus igitur trecētis boum milibus carnes opariis cōcessit: coria in sui fecit elephātorum instar. Quæ postmodum scēno referta ueri elephanti spetiem præseferabant. Intus hominem Camelumq; super quo sedens formam beluæ duceret inclusit. Hec in loco semoto occlusa acta ne q̄ exterius emanare possent: utq; indi iprouisa re pculsi ueras bestias existimarent. His biennio cōfectis tertio copias omnis in bactris coegit. Fuit militum numerus ut ethesias tradit terdecies centena miliū Equitum milia quingenta. Currus ad milia cētū. Erant totidem numero hoies supra camelos cū gladiis cubitoꝝ quattuor. Naues diuisæ ad duo milia. Quas una & elephantoz; simulachra cameli deferebant. Assuefecit autem equos ne eis simulacris terrerent. Quod & pfeus macedonum rex multis post annis in eo bello imitatus est qđ cum eo romani elephantos habentes lybicos gessere: Veræ neq; illi in bello neq; Semiramidi p̄fuerunt. Audita rex indoz; tum exercitus magnitudinem: tum ingenti apparatu belli conatus est excedere Semiramidis uires. Et primum ex arundinis nauigia cōfecit ad quattuor milia fluuiū accomodata. Ferunt enim indiae tum flumina: tum loca palustria arundinum copia ita crassoz; ut nequaq; ea uulnis homines amplecti queant: Ex his naues optimæ fiunt pp arundinum robur. Armoz; quoq; omnis generis copiam parauit: Ex uniuersa idia accitis maioribus q̄ quæ erant Semiramidis copiis: Elephantoz; q; siluestrium uenatione facta plurimos ad bellum instruxit: ut terrore aspicientibus iniicerent Omnibus: quæ belti usus poscit: p̄paratis nuntios ad semiramidem iam appropinquantem mittens repræhendit e ius ambitione: q; nulla iniuria lacesita bellum sibi inferret. Multisq; uerbis eā p litteras inculans deosq; inuocans testes minatus ē si acie uicta eēt se illam cruci affixuræ. Lecta epistola ridens Semiramis non uerbis sed uirtute certandum eē respondit. Deinde ad indum pueniens inuenta regis classe ad certamen parata: Et ipsa suas naues electis militibus instruxit. Ibi duoz; certamen cōmissum ē: ac diutius magnis utrinq; uiribus pugnatum. Tandem supata indoz; classe: qua i pugna ad mille naues submersæ sunt multiq; mortales capti pontē: quo facilior eēt transitus: supra flumen construxit: præsidioq; ab utroq; latere iposito omnis copias traduxit: insulas quoq; ac urbes in flumine sitas coepit ad centum milia hominum in seruitutem redactis. Classe amissa indoz; rex simulans suas copias procul a flumine retro abduxit: ut hostes id formidine factum rati fluuium transirent. Quo cognito Semiramis cum ex uoto res cæderet parte copiarum ad pontis custodiam relicta indos cum reliquo exercitu p̄secuta ē. Præcædebant elephantoz; simulacra: quo regii exploratores elephantoz; apparatu cōspecto regi metū iniicerent. Verū ea simulatio haud diutius latuit. Nam admirantibus indis unde tanta illi elephantorum copia suppeteret: quidam ex Semiramidis exercitu nocte capti rem p̄didere. Quapropter confusus suis uiribus rex fictionem elephantoz; prædicens: ut sublato metu acris pugnam inirent: copias omnis aduersus assirios eduxit. Instructa quoq; acie Semiramis p̄ficiscebat. Appropinquantibus exercitibus rex equites accurrus i prima acie ante phalangem destinauit. Semiramis simulatis elephantis aduersus equites præmissis: initoq; certamine regios equites fudit. Assueti. n. ueris elephantis equi noua forma olfatuq; insueto turbati sunt itaq; pars in hostes equoz; impetu. pars in alia loca defertur. Semiramis cum electis militibus uictoriā secuta in primis pugnans indos infugam uertebat. Quibus ad phalangem refugientibus Staurobates haud ea re percutus aciem peditum præcædentibus elephantis pmouit. Ipse in dextro cornu pugnans superq; ualido elephante insidens aduersus reginā uirili animo p̄ficiscit casu eodem in cornu pugnantem. Veri elephantis cōtra simulatos ibāt neq; pari robore pugnat. Superiores erant regii. magnamq; edebant assiriorum cæde: partim qui elephantorum pedibus conterrentur: partim qui interirent. aut lacerati dentibus aut a p̄boscidē abūpti. Cum magnus interfectorum alterius sup alterz; cadentiū cumulus fieret: timor ac terror omnia cōpleffet: nulli iam ordinem seruabant. Ita omnibus ferme assiriis ad fugam intentis rex Semiramidi cāu

Semyra  
mis saup  
cia

Ninus  
filius

Semira  
mis i co  
lūbā  
Semira  
uidis

scru

quinq; dies se solam regnare pateretur. Quo impetrato sceptro regni stolaq; regia sumptis prima die splendidum conuiuium fecisse: inq; eo oēs duces principesq; adegisse: ut sibi ueluti reginæ parerent. Secunda die cum populares nobilioresq; se tanq; reginam colerent: uiro in carcerem truso magnoq; animo cum cepisset regnū: ad seniū usq; multis a se præclare magnificeq; gestis tenuisse. Hæc de Semiramide a diuersis auctoris traduntur. Post eius obitū sumpto regno filius pacē cum singulis egit nequaquā matrem imitatus: sed omne uitæ tempus reclusus in regia conspectūq; hominum uitans inter pellices & eunuchos ocium & delicias secutus traduxit. Existimabat enim incomoda omnia uitare: in continuis uersari uoluptatibus: uacuum esse curis summam in rege foelicitatem esse. Ad securitate imperii & ut a subditis timeretur: annuatim certum militum indicebat numerum: ac eorū ducem singulis puinciiis imperabat. Exercitus cum extra urbem conuenisset: ducem cuiuslibet nationi prudentiorem ex his q; secum erant constituebat. Acto anno copias remisso domum priori milite rursus a prouiciis petebat. Quo fiebat ut & subditi p̄mptius imperata facerent: cū semp̄ timor militum sub diuo agētium immineret: Et si qui forte desciscerent timore p̄enæ q̄ primum dicto parentes essent. Annuam uero militū mutationē ad id conferre existimauit: ut parua teporis consuetudine nulla inter eos amicitia contracta neq; duces neq; cæteri aduersus regē conspirarent. Diutina enim militia tum milites robustiores tum duces prudentiores solet efficere. Quæ res sæpius magnas facultates ad desciscendum a principibus p̄buit. Vita uero principis exterioribus ignota uoluptates eorū occultas reddit & tanq; inuisibile deum ne uerbo quidem quis blasphemare principem præ timore audeat. Hoc pacto duces exercitus: puinciarum p̄fides: domesticarū reꝝ curatores: iudices insuper singularū gentium: aliaq; pro regni cura disponēs uitam agebat. Similiter & cæteri reges ad sardanapalū usq; triginta regnum tenuere. Cuius tēpore assiriorum imperiū. Quod annis mille & trecentis sexaginta perseverauit: quē ad modum ethesias secundo libro tradit: ad medos transiit. Nomina regum quantumq; quisq; regnauit tempore: cum nil memoria dignum egerint: nequaquā scribit. Solum memoratur auxiliū troianis ab assiriis missum. Dux præsidii Memnon thitoni filius fuit. Teutamo enim in asia regnante qui uigesimus a Nino atq; Semiramide descendit: Agamēnonem tradunt aduersus troiam cum græcis bellum mouisse: cum assirium amplius mille annis aliæ imperassent. Cum uero priamus bello oppressus ab rege Teutamo præsidium utpote assiriis subditus per legatos postulasset: ille decem milia æthiopū totidēq; Susianos cum ducentis curribus duce Mēnone ad troiā misit. Erat tunc Titonus præfectus perfarum acceptus maxime regi. Memnon uero ætate florens ac animi corporisq; p̄stans uiribus maxime ea tēpestate uigebat. Aedificasse eum ferunt in lufis loco excelsiori regiā: quæ usq; ad perfarum imperium permanfit: Memnonia ab illo denominata. Strauit & uiam leoferam in ea regione quæ adhuc Memnonia uocatur. Asserūt qui sunt in ægypto ethiopes Memnona eis in locis natum ostendentes antiquam illius regiā: quam nunc etiam Memnoniam dicunt. Sed constat illum troianis cum uiginti peditum milibus curribus ducentis præsidio fuisse: multosq; græcos pugnantem occidisse: tandem per insidias athesialis interfectum: corpus eius ab æthiopibus erectū crematūq; extitisse: ossaq; eius ad Thitonū delata. Hæc de Memnone in scriptis regis barbari tradunt contineri. Sardanapalus a Nino trigessimus rex: ultimus uero assiriorū. excessit omnes superiores desidia ac uoluptate. Nā p̄terq; q; a nullis exterius cōspiciebat: uitā muliebrem duxit cū pellicibus ueste tum porfirea indutus tū molli lana cōtexta. Stola insuper muliebri faciē totūq; corpus in modū pellicis fūco cōponens ultra luxū muliebrē lasciuiebat: uocē foemineam loquendo imitatus non solum cibum potūq; qui uoluptatē præberent cōtinuo appetebat: Sed luxuriæ quoq; deditus nunc uiri nunc mulieris uice abutebatur: omni posthabita se xus: ac pudoris cura. A deo uero delitiae turpice uoluptas incontinentiaq; in eo uiguere: ut successoribus post obitum suum in sepulchro iscribi barbarica lingua mandarit: quod postmodū græcis iter prætaturus est. Hæc habeo: quæ comedo: & quæ cum amore & uoluptate percæpi. Ea plurima & præcipua relicta sunt. Vita in hunc modū turpiter exacta impiū assiriorū: quod diutius perseverarat euerit. Arbaces qdā genere mædus uirtute & animi magnitudine præclarus dux erat copiarū: quæ singulis annis in ninam a mædis destinabantur. Contracta amicitia cū babyloniorū duce noīe beleso hortatus est ab eo ut principatū assiriorū deleteret. Erat enim insignis iter sacerdotes: quos babylonii chaldeos uocant peritus astrologiæ diuinationisq; multis prædixerat quæ erāt p̄culdubio futura. Hic arbaci cum amicus esset: eum imperio omnium potiturū prædixit: quibus Sardanapalus regnaret. Laudato uero Satrapā se illū babyloniorū: si uera prædicere facturū p̄misit. ipse tā quā dei uocibus in spē elatus eū reliquis ducibus tum benigne alloquēdo: tū beneficiis ad eius beniuolentiā attraxit. Cupiens autē regē atq; eius uitā inspiciere datā uni ex eunuchis aurea fiala ad Sardanapalum introductus est. Conspecta regis mollitiæ & muliebri apparatu: illum ut nullius rei hominem despexit: magisq; in spem incubuit a chaldeo datam: Inita cum beleso societate ut ipse medos ad imperiū: persas ad defectionē sollicitaret. Ille uero babylonios barbarorūq; ducē sibi amicū ad cōmunionem cōsilioꝝ impelleret. Cū tēpus missionis exercitus aduenisset: quilibet de more in patriā secessit. Arbaces ad mædos reuersus peruasit: ut pro imperio: persas ut pro libertate sumerent arma. Similiter & belesus babylonios impulit ad libertatem: & ad arabes legatis missis p̄fectum eorū sibi familiarē ad societate cōsilioꝝ hortatus est. Acto anno ad ninā conuenere omnes: succedere se de more cæteris simulantes: re uera ut imperium Sardanapalo auferrent. Erāt quattuor gentes: quæ in unum cōueniant: numero nulla homi

Militia  
diutinaAssyrio  
rū ipiū  
Memnon  
Theutamis  
Mēnōis  
exercitus  
TitonusSardana  
palusSard. epi  
taphiūArbaces  
Belesus  
Chaldei

**Sardana** num quadringenta muniti castris: ac de rebus cōibus consultantes. Cognita defectione Sardana palus  
**pali ui-** aliāq nationum exercitum aduersus desciscientes ducens commisso certamine, hostes superat: p̄ligati  
**ctoria** ad montes confugiunt stadiis a nina distantes septuaginta: qbus: cum denuo ad campos fortuna exptu  
 ri descendissent: Sardana palus cum oibus copiis occurrit. Instructa acie per præconē ei qui Arbace aut  
 babyloniu belesum occidisset: talenta auri ducenta: qui uiuos tradidisset: duplex premiū ac mediæ præ  
 fecturā pollicitus est. Verū nullū ea p̄mia mouerunt. Cōmisso certamine multi ex hostibus occubuerē:  
 Reliquos Sardana palus usq; ad castra in montibus sita p̄sequitur. Qui cū arbace erant aduersus præliis  
 pauentes inuito quid uictis agendum esset consilio: maior pars: in patriam cuiq; redeundū: Ibi præoccu  
 panda munita loca: alios in societate belli uocandos: necessaria ad bellū paranda esse cēsebat. Belesus ba  
 bylonius asserens deos multis cū laboribus periculisq; uictoriam polliceri persuasit ut in bello perseue  
 rarent. Cōmissa rursus pugna rex superior fuit: castrisq; hostium potitus usq; ad montes babylonios ī  
 secutus est. In eo certamine Arbaces uiriliter pugnans multis prostratis assiriis uulnus accepit. Tot ad  
 uersus p̄liis eoz qui descuerant icti duces: cum domū abire decreuissent belesus sub dio pernoctans ex  
 astroz obseruatione recedere uolentibus prædixit: paucos post dies ultro illis auxilia aduentura: resq;  
 eoz in melius cæsuras esse. Hæc astris significare deos. Suadere igitur se: ut suæ arti fidentes parūper  
 deoz beneficia expectarent. Huic exhortationi parentibus ducibus: p̄missumq; expectantibus tēpus  
 nunciatū est bactrianorū exercitum ad regē mitti: p̄pinquumq; esse magnis itineribus p̄ficiscentem.  
 Visum est igitur Arbaco reliquisq; cum expeditis milibus obuia p̄ficisci: ut aut defectionē persuaderēt  
 bactrianis: aut ad id armis cogere. Primū duces tum reliqui libertate asserētes copiis cæteroz: sese ad  
 diderunt. Hæc Sardana palus ignorans memor superioris fortunæ ad hilaritatem p̄fusus epulū militi  
 bus ex sacris: uinūq; abundæ præbuit: aliāq; epulo accōmodata. His itentis assiriis Arbaces qui per trās  
ra sua sponte abunde uictum ferat: tamen his modeste utuntur: Simples enim cibos appetunt nutrimentum quod satis est quærentes carnibus tum assis tum elixis uescuntur coquorum artem uariisq; saporibus condita ut inutilia reiciunt deos & eum qui omnia continet solemq; & reliqua celestia colunt. Pisces auesq; uarii generis capiunt. Nascuntur etiam sua sponte arbores fructiferæ oleaq; & uites ex quibus olei uiniq; copiam educunt. Serpentes magnos sed innocuos insula producit: quorum carnes mire dulcedinis edet. Vestes parant ex lanugie molli ac splendida ex medio arundium sumpta: qua maritimis tincta ostreis uestimenta purpurea conficiuntur. Varia existunt animantia: ut quia propter opinionem: haud facile credita. Certum uiuendi ordinem seruant. unico cibo dietim contenti. Nam certo die pisces: alio aues: quandoq; terrestria animalia edunt. oleo aliquando simplicique mensa utuntur. Diuersis sunt exercitiis dediti. Quidam inuicem ministrant. Alii piscantur: alii exercent artes: nonnulli circa alias res usui commodas occupantur: Quidam exceptis senibus partitis inuicem operis seruitio uacant. In sacris ac diebus festis hymnos in deorum & maxime solis laudes canūt. cui se & insulas dicarunt Mortuos in littore sepeliunt. Cadauer cum mare fluit arena obruentes: ut aquæ fluxu inûdationeq; ex aggeretur locus. Calamos aiunt ex quibus fructum decerpunt augeri minui uel ad lune modum: Fôtiû aqua dulcis ac sana caliditatem seruat nisi frigida aqua aut uinum inmiscetur. Iambolus & qui cum eo accesserant cum septem annis in insula mansissent tandem eiectos fuisse aiunt inuitos tanq; malos marisq; assuetos moribus. igitur præparata scapha cibisq; impositis abscedere coacti mēibus quattuor ad regem idæ arenosa ac uadosa loca mari appulere. Et alter quidem tempestate periit: iambolus in uillâ quandam diuertens ab incolis ad regem in urbem alibrotam plurimum a mari distantē deductus ē. Cū græcos diligeret rex plurimiq; eorum doctrinam faceret: multis illum donauit. Deinde secure in perfidem primo tum hospitem in græciam misit. Hæc postmodum iambolus litteris mādauit: multaq; de india conscripsit antea cæteris ignota.

Iambolus

Alibrotam urbs

Explicit liber tertius. incipit quartus in quo hæc continentur.

De æthiopicis qui sunt ultra lybiam. deq; his quæ apud eos antiquitus feruntur

De auro qui in extremis egypti effoditur: deq; eius preparationis artificio.

De his qui maritima loca arabia incolunt atq; ad oceanum sita uersus indiam loca uergunt. Vbi describuntur singulatim nationes. & quibus legibus utuntur. & quam ob causam multa de eis uarie feruntur minimeq; fides illis prestetur.

De prisca libyæ rebus: deque his: quæ de gorgone & amazonibus & amone atque athlantibus scribuntur.

De his: quæ de nisa feruntur fabulæ in quibus de titanibus de dionysio & de eorū matre continentur.

Æthiopes primi

Homines primi Deorum cultus

P

OSTEAq; superius de ægypti asiæq; secundum quæq; prouintiam memoratu dignis rebus scripsimus: hic liber æthiopes libyos atlantides cōplectetur. Ferūt æthiopes primos hominum omnium creatos esse cuius rei coniecturam ferunt q; non aliunde homines in eam accesserint: sed in ipsa geniti merito indigetes omnium consensu appellentur. Et quidem simile ueri est: eos qui sub meridiem habitant primos e terra fuisse homines genitos. Nam solis calore terram quæ humida erat arefaciente. atque omnibus uitam dante decens fuit locum soli propinquiores primo naturam animantium tulisse. Afferunt autem deorum apud

eos cultum primitus adinuentum. Sacra insuper pompas celebritates aliq; quibus diis honores impenduntur ab eis fuisse reperta. Qua ex re ipsorum in deos pietate religioneq; inter omnes uulgata uidetur æthiopum sacra diis admodum grata esse: Huius rei testimonium afferunt antiquissimum fere ac celeberrimum apud græcos poetarum. qui in sua iliade iouem reliquosq; una deos introducit in æthiopiam tum ad sacra: quæ eis de more fiebat. tum ad odorem suauitatem commigrantes. Dicitur etiam æthiopus suæ erga deos pietatis præmium tulisse: q; nūquā ab externis regibus subacti sunt. Sæper enī liberi permansere. Etenim cum plures magnis copiis apparatuque aduersus eos profecti sint. nullus tamen eorū imperiū potius est. Cambyses quippe maximis uiribus æthiopus aggressus & exercito amissit. & ipse piculū subiit uitæ. Sæmiramis & consilii magnitudine & regis gestarum fama excellens. cum æthiopiam intrasset: desperatione rerum subito abscellit. Hærcules quoq; & Dionysius uniuerso peragrato orbe solos æthiopus etiam ægypto conterminos tum præ eorum in deos cultum: tum quia inexpugnabiles uidebantur intactos reliquere. Afferunt insuper ægyptios eorum colonos esse colonia ab osiride deducta. Quinetiam ægyptum olim non terram firmam habitabilem: sed mare abiorbis



exordio extitisse. Ea limo postmodum nili inundatione ex æthiopia aduecto exaggerata a flumine terra paulatim continentem factam. Quod in ostiis fluminis cōspici licet. Annis enim singulis noua materia inundatione nili ostiis apposita cædit pelagus ob cumulos terræ superinductæ. ita regio omnis in crementum ab æthiopia ex terra allata cæpit. plurimæ etiam leges ab æthiopibus sunt ad egyptum translatae colonis maiorum seruantibus istituta: Nam reges deos existimare sepulchrorumq; precipuum studiū hēre: aliq; eiusmodi plura ex æthiopū disciplina pfecta sūt. Statuazq; isup magnaꝝ ulū ac lēarū formas ab æthiopibꝝ acceperūt Cū egyptii lris utāꝝ ppris. Has qdē uulgo dīcūt oēs. has q̄s sacras appellāt soli sacerdotes norūt a parētibꝝ eozꝝ priuatī acceptas. Apd æthiopes hīsdē oēs figuris utūt. Sacerdotes nō apd utrāq; nationē eūdē ordinē hēnt. pure enim casteq; ad cultū deozꝝ accædunt utriq; similes ferentes stolas eiusdemq; figure Sceptrum in aratri formam: quo & utuntur reges: Pilleos etiam ob longos gestant circa finem umbelicum habentes. Serpentibus quos aspīdas uocant circumuolutol Monumentum infigne eos qui contra regem insurgere audeant mortiferis morsibus subesse. Plura alia de illorum antiquitate dicuntur. ægyptiorumq; colona. de quibus scribere haud operepretium uidetur. Sed de æthiopum litteris quas egyptii sacras uocant: nequid de priscis rebus omittatur dicendum. Sunt ægyptiorum litteræ uariis animantibus extrematibusq; hominum atq; instrumentis. sed precipue artificum perfimiles. Non enim syllabarum compositione aut litteris uerba eorum exprīmūtur: sed imaginum forma earum significatione usu memoriæ hominum tradita. Scribunt quidem accipitrem Crocodillum serpentem hominis oculum manus faciem & cætera eiusmodi. Accipiter rē de notat cito factam quoniam hec aliarum ferme omnium auis sit uelocissima transfertur hec notatio ad domesticas res: quæ uelociter fiat. Crocodillus malum significat. Oculus iustitiæ seruator & totus corporis interpretatur custos. Reliquarum corporis partium dextera manus digitis passis libertatem designat. Sinistra uero compressis tenacitatem atq; auaritiam. Eodemmodo & ceterarum corporis partium figura atq; instrumenta aliquid certum notabant. Quæ memoria hominum longo usu ac meditatione obseruata euestigio quid ea exprimerent internoscabant. Aethiopum leges quædam non parū ab reliquarum gentium legibus maxime uero circa regum electionem differunt. Nam sacerdotes optimos ex se ipsis seligunt. Quem uero ex eis deus more quodam bacchantiū circundelatus cepit hunc regem populus creat. Statimq; flexis genibus quoniam sit diuina prouidentia datus. ut deum honorat. asūptus in regem uitam ducit statutam legibus omniaq; agit iuxta patrios mores neq; premio neq; pena afficiens quenq; preter traditam a superioribus legem. Mos est illis neminem subditum etiam damnatum morte punire. Sed quidam ex lictoribus præferens mortis signum ad reum mittitur. Quo accepto reus domum abiens sibi mortem consciscit. Cōmutare mortem exilio ueluti mos est apud græcos nefas habetur Ferunt quendam misso ad se mortis signo cogitasse ex æthiopia fugere: quod præfentiēs mater zona ad filii colū posita nequaq; manibus renitere ausum ne suis dedecori eēt istrāgulasse Sed preter omniū opinionē mirandū uidetur quod fertur de regū morte. Nā qui i meroe sunt circa deorum sacra cultumq; dediti sacerdotes & hi quidem maxima apud omnes pollent auctoritate: cum eis uisum fuerit. regi nuntiant. ut mortem oppetat. ita enim deorum iubere responsa: neque fas esse imortalium uoluntatem ab mortali homine contemni: aliaq; addunt rationes. quibus ex uetere obseruataq; cōsuetudine uoluntariā regi suadeant mortem. Et sane superiores oēs reges sacerdotibus nō armis neq; ui coacti: sed ipsa uicti superstitione sponte paruerunt. At ptolomei secundi tempore rex æthiopum ergamenes græcis doctrinis philosophiæq; deditus hunc primus morem spreuit. Vfus nanq; prudentia rege digna cum militibus in Auatum: ubi templum aureum erat æthiopum profectus sacerdotibus omnibus interemptis ueteriq; consuetudine abolita pro uoluntate regnum tenuit. Consuetudinē quā seruant regis amici quīs mirabilem: tamen permanere ad hoc usq; tempus ducunt. Moris enim aetherunt æthiopibus fuisse: ut si quando res aliqua corporis parte ex quauis cā debilitaret domestici homines sponte sua eandem partem debilitarent. Turpe & enim existimabant rege claudo non & omnes claudos amicos esse. Et quidem absurdum uidebatur cum uere sit amicitia ex rebus aduersis amicorum dolore letari secundis nō & corporis quocq; doloris amicos participes esse. Ferunt quoq; cōsuetudinis esse amicos ultro in regis morte uita defungi: existimantes eum interitum gloriosum ueræq; amicitia testem. ideo haud facile est æthiopibus aduersus talem amicorum sensum insidias patrare cū & rex & amici uno animo communi eorum consulant saluti hæ leges apud eos æthiopes habentur qui metropolim ac insula meroen uicinaq; egypti loca incolunt seruantur. Sunt & alia genera æthiopum admodum populosa. quorum hi. utraq; nili ripas insulasq; in nilo sitas. habitant. hi arabia sunt pximi Alii mediterraneas tenent regiones uersus arabiam sitas. Horum pars maior maximeq; iuxta fluiuium inhabitantes colore nigri sunt facie similes capillis crispis siluestres ferme omnes atque aspectu efferi corpore robusto ungues protensas feris similes absuntq; a mutua humanitate plurimum. Vocem pronūtiāt acutā in cæteris: q̄ ad uictū spectāt nil domestici hūaniq; hēnt: plurimū a nr̄is moribus differētē Arma ferūt hi qdē scuta ex corio crudo bouis ac puas hastas hi p̄acutas sudes q̄nq; ligneos q̄tuor arcus cubitorꝝ: q̄bꝝ sagyttāt altero p̄tēso pede: Cōsūptis sagyitis sudibꝝ pugnāt: Armāt isup usq; ad certā etatē feminas q̄bꝝ ut plurimū moris ē areum circulum in labiis ferre. Vestibus quidam minime utuntur

Aethio-  
pum  
Aspides  
Aegyptiorum  
litteræ  
Accipiter

Crocodillus  
Oculus  
Manus  
Aethiopum  
rex

Matris  
læuia

Ergamenes  
auatum  
Aethiopum  
rex

uitam p omnem nudi expositioꝝ solis ardoribus nulla re pter q̄ quæ casu se offert adiuuantur. Nonnulli pecudum caudas pudendus uelamen femori circundant. Alii pecorum uestiuntur pellibus. Sunt q̄ sub ligaculis quæ ex capillis contexunt usq; ad medium corpus cooperantur. Non enim oues eorū ita fert regio: lanam habent. Cibus utunt quidam herba: quæ in aqua sua sponte circa stagnatia ac paludosa oritur loca. Quidam arborum fructibus: quibus etiam corpora ab æstu meridiano circūdant. Alii sisamū & lotum ferunt. Sunt qui teneras arundinum radices edant. Plures arcu exercitati auibus occisis fame: sedant. Magna pars pecorum carnibus lacte caseo uitam ducunt. De diis qui superiores accolunt regiones dupliciter sentiunt. Nam quosdam eorum opinantur sempiternos atq; incorruptibiles eē ueluti solem lunam & uniuersum mundum: quosdam uero putant mortalis naturæ participes. sed pp uirtutem & in homine beneficia honores imortales fuisse sortitos. isidem nāq; pana herculem louem precipue colunt existimantes multa ab his hominum generi beneficia impenia. Quidam æthiopum nullos cēsent eē deos. ideoq; solem orientem ut hostem in loca palustria fugiētes execrant. Moribus circa mortuorum funera sunt uariis. Nam hi defunctos in flumen proiciunt existimantes id optimū sepulchrū eē. Hi circundatos uitro diu seruant ne eorum aspectus sit posteris ignotus: ne ue in obliuionem incidant domesticos. Alii in urnis fictilibus condentes circa templa sepeliunt per quos maximum habet prestitum iusiurandum Regna tribuunt: hi quidem melioribus arbitrati fortunæ dona utraq; & monarchiam & uirtutem esse. Alii bonos pastores in regnum assumunt: tanq; eos qui rei optimæ curā habeant. Quidam ditioribus at qui suis facultatibus soli cæteris opitulari queant regnum mandant. Nonnulli fortitudine præstantes eligunt reges putantes qui bello plurimum possit solum imperio dignum eē: Eius iuxta nilū ore quæ libyam respicit: nam portio pulchritudine cæteras superat uarias ad usum uitæ res copiosæq; afferens. Ad euitandos uero ardentes solis æstus paludes aptissimum refugium habet: Qua ex re is locus a lybicis atq; æthiopibus sæpius bello laceffitur. ipsi quoq; accolæ mutuis decertāt bellis. Accedunt ad eos ex superiori plaga elephantes electi ut quidam tradunt fertilitate loci pastusq; suauitate paludes enim mirandæ a ripis fluuii manant: in quibus multi uariiq; ut ulua arundinesq; nascuntur cibi: quos cum degustant libenter in his locis morantur. Cōsumentesq; ut plurimum nutrimenta hominum eos compellunt ad alia loca fugere. At ipsi ut pote pastores in tabernaculis habitantes fertiliores agros suam patriam esse putant. Elephantes autem mediterranea aridaq; loca procul ab aquis linquunt pascuorum inopia. Nam tum æstus magnitudine tum raritate fontium pauca ibi nascuntur. Tradunt quidam in desertis ac efferis locis serpentes qui cum elephantis pp aquas pugnent magnitudine numeroq; admirabiles eē. Complicant enim in corpus asurgentes annexiq; uiribus elephatorum crura connectuntq; pluribus spiris adeo arcte summaq; ui: ut spumantes bestias natura graues ad casum compellāt tum plurium concursu facto bestiam haud facile mobilem depalcuntur omiffis. n. elephantis ad assuetos uertuntur pastus. Dicunt hos serpentes loca fugere capestria. Habitare autē inter longas conualles in altis speluncis neq; assuetos tutosq; deferere locos. Natura quod cuiq; ad tutelā conferat singula animantia docente. Et de his æthiopibus hæcenus. Nunc pauca de auctoribus: qui de egyptiis atq; æthiopibus scripsere sunt nobis dicenda. Horum nonnulli fama & quidem mendaci credetes Quidam scribendi uoluptate seducti nulla merentur fidem. Agatharchides quippe gnidius in secundo rerum asiaticarum ac Arthemidorus ephesius i octauo geographie libris nonnulliq; alii qui i egypto habitantes historias edidere in plurimis eorū que rettulimus conueniunt. Et sane nos quo tēpore ad egyptum uenimus plurium sacerdotum consuetudine usi cum senioribus quoq; nonnullis q; ex ethiopia aduenerant collocuti ab his diligenter rerum ueritatem scrutari sumus: multa quoq; ab historicis falso scripta deprehendentes ea in quibus conueniebant litteris mandauimus. Nunc ethiopes qui meridiem uersus & rubrum mare incolunt referemus. Verum premittendum nobis non uidetur quō aurum apud egyptios reperit: in egypti finibus qui ad ethiopiam & arabiam uergunt loca sunt metalloꝝ feracia: ex quibus magno cum labore atq; impensa aurum educitur. Nam terra nigra natura meatus ac uenas habet marmoris albissimi: & quod super omnes luceat splendorem. Huic operi qui presunt magna hominū copia ad excudendū aurum utuntur. Egypti enim reges crimine damnatos omnis ac ex hostibus captos in super ob aliquam falsam calumniam aut regum iram in carcerem detruos auro effodiendo deputant simul sumpta facinorum pena & magno questu ex eorum labore percepto. illi cōpedibus uincti magnum hominum numerus abloq; ulla intermissione die noctuq; exercentur nulla neque requie concessa omniq; ablata effugiendi facultate. Nam barbari milites diuersa inuicem lingua eorum custodie presunt: quorum nullus sermonis commertio sublato aut precibus aut amore potest corrumpi. Ex terra quæ fuerit durissima plurimo igni decocta aurum extrahitur. Molliorem petram: & que mediocri labore frangitur ferro effodiunt infinita fere hominum milia. Qui auri uenas discer nit precedit operarios ostendens que effodiāt loca. Monstratum lapideum marmor robore corporis pualidi nō arte sed magna ui cuneis ferreis pscidunt Cuniculos uero agunt non rectos. Sed quo splendentis auro marmoris natura ducit: cū ppter uarios flexus circuitusq; obscuri existāt. Lumen opifices ante frontem preferentes laxa magno conatu in frustra excisa in solum deiiciunt. Ab hoc labore nunq; conuiescunt cōtumeliis uerberibusq; ad continuum opus coacti: impuberes pueri in duas partes diuisi. hi. quidē proiecta frustra minutatim scindunt: hi uero efferūt. Qui annum trigessimum excedunt

isis  
Pan  
herculef  
iuppiter  
Aethio-  
pum se-  
pulchra

Elephā-  
tes cum  
serpenti-  
bus

Auri ef-  
fossio

sumpta ab his ad mensuram concisa frustra in lapideis uasis ferreo malleo aderui magnitudinē terunt. Ea deinceps in molas que plurime sunt coniecta: femine senesq; duo aut tres ad molam positi usq; ad farine modum: contrita molunt. Nota omnibus horum corporis illuuiā: neq; ueste ulla operiente pudēda nēo ē qui eo aspectu fēdo tetroq; motus tāte misereatur calamitati. Sed nulla pietas nulla rēquies nūlla uenia illis datur siue eger siue febricitans siue senes siue femine debiles fuerint. Sed plagis oēs ad contritum opus coguntur: quoad miseri ex debilitate deficiant. Sunt qui timore future uitae: quam presentis putant pena deteriore mortem uitae preferant. Demum opifices ad molam contrita in latis tabulis paulo accliuioribus ponentes iterum aqua iniecta marmor terunt: Eo modo terra defluente aurum ex grauitate in tabulis remanet. Hoc sepius iterantes manibus aurum fricant. Deinde raris spongiis terram mollem exprimunt quoad uelut arena aurea reddatur. Alii postremo operari pōdere ac mēsurā in ollas fictiles coniicientes supaddunt certa mensura plūbūm Algā maritimā fursuremq; ordeaceū. His ad proportionem compositis ollas luto diligenter liniunt: Deinceps quinq; continuis diebus noctibusq; in fornace decoctum rebus ceteris consumptis solum aurum purum in uasis reperitur parū priore pondere imminuto. Hoc labore industriaq; in egypti extremis aurum paratur. Sane ipsa nos palam docet natura aurū inuentiōe laboriosum custodia difficilē questu anxium eē: usu inter uoluptatē ac dolorem constitutū. Hoc metallo inuentio uetusta ē & ab antiquis regibus reperta: Nūc de his que arabici sinu littora trogloditacq; ac ethiopiā: que meridiē notūq; respicit incolunt gentibus dicemus. Exordiemur autem ab eis quos icthiophagos uocat qui littus habitant carmanium gedrosūmq; extremum usq; arabici sinum longa sane intercapedo ac duobus epiris altero in exitu sub felicem arabiam altero sub trogloditicā oram clausula hoc barbarorū quidam nudi p̄ oēm uitā degentes uxores filiosq; cōmunes habēt bestiis similes ut qui neq; uoluptatis neq; doloris ullum nisi uaturalem sensum. percipiant: neq; turpis neq; honesti discrimen norint. Habiracula habent non longe a mari iuxta promontoria: ubi nō solum p̄funda cauernae: sed conualles immense & anguste speluncae existunt egressu ipsa natura difficili ac tortuoso. Hae tanq; ad eorū usum natura factae: aditus incole magnorū congerie lapidum obsepiūt quā ueluti rebus capiuntur pisces. Maris enim fluxu quā his diebus singulis circa tertiam ac nonam oram accidit oras littori p̄pinquas inundante aqua in immensum excresces opertis locis omnibus innumeram sortē diuerforū pisciū secū incontinētē defert. Qui cum in diuersa loca cibi grā diuertāt restuente mari aqua uero per lapides esfluente pisces in sicco destituuntur. Quos incole cū uxoribus puerisq; cōcurrētes capiunt. Accedūt autē p̄ cetus diuisi barbari ad sua quisq; loca cū clamore uasto ueluti ī prouisam quandā uenationē nacti. Mulieres pueriq; minores ab se captos pisces ī terram proiciunt. Qui corpore uigent magnorū pisciū capture uacant. Traducuntur autem a mari nō solum scorpionū murene & canes: sed marini uituli uariaq; piscium genera & nomine & forma ignota. Has marinas beluas non armis expugnant: sed caprarum cornibus preacutis saxisq; ī aciem abruptis cedūt. Et enim necessitas naturam instruit. Que temporibus parens se ad id quod usui eē uidetur accomodat Captos uarii generis pisces supra petras ad meridiem sitas nimioq; solis incensas estu ponunt: pauloq; post reuolunt tum ad solem decoctos perq; caudam apprehētos quatunt. Omni excussa carne spinas ad certum proiciētes locum in magnum aceruum cumulant certo postmodū usui: de quo postea scribemus futuras post hec carnes pisciū in concauo saxo p̄insunt admistoq; paluri femine: cibum conficiunt sibi suauissimū. Nam sic immixtas carnes in modum longioris lateris formāt: ad solemq; paulo deficcatas sedentes cū uoluptate edunt. Non quidem ad certam mensuram aut pondus: sed ad satietatem prout cuiusq; fert libido & edendi appetitus. Habent enī semper uelut e penū p̄mptū hunc cibum tanq; neptuno pro cerere uictū illis subministrare. Quandoq; uero maris tempestate adeo littori p̄xima loca multis diebus inundantur: ut nulla detur piscandi facultas. Quo tempore cibipē nuria conchas legunt permagnas: quarum testa saxis attrita interiori carne cruda sapore oistreis persimili uescuntur. Vbi uero tempestatas uentorum ui diutius perseuerat concheq; deficiunt ad ossa confugiunt iam cumulata: Ex his tenerioribus re cētioribusq; electis que dentibus possunt mandunt. Duriora edunt saxo contrita. nil brutis animantibus dissimiles. Et ossibus quidem ut diximus piscibus autem miro quodā modo ultraquam quis existimaret utuntur. Nam eorum capture quattuor diebus continuis intēti. epulantur palam cum letitia cantuq; absolo omnibus inuicem congratulantibus. Deinde mulieres ut quā quis forte incidit cognoscunt prolis causa omni cura ob ciborum qui presto sint copiam uacui Qui to die ad fontes pergunt potus gratia ubi aque dulces fluunt: ad quas pastores greges atq; armenta potum ducunt. Eorum profectio haud dissimilis est armentis boum omnibus simul uocem uelut inconditum sonū tollētibus lactantes infantulos matres in ulnis ferunt. Repulso a lacte patres q̄ quintū excedūt annū cū parentibus magno cū gaudio ut qui sua sponte uictū querant proficiscuntur: Natura eorū incorrupta famem sedare maximū ducit bonū nullam aduentitiam uoluptatem querens. Cum pastorum aquationibus appropinquant repleto aqua uentre uix regredi queunt potu graues. Ea q; die nihil edunt. iacet quisq; aqua plenus distētusq; similis ebrius. postera die denuo ad capiēdos pisces redeunt. ita eorū uita p̄ oē tēpus tranfacta ob simplicem uictū raro in morbos icidūt. Brevioris tñ quā nos sūt uite: Hec eorum qui intra sinum habitant uiuendi norma. At illorum qui extra sinum sunt nullo est

so ab m...

auri mala

icthiophagos Carmanii Gedrosii

Necessitas piscium copia

mirabilior ut qui nunq̄ bibant & natura ab omni semoti sint passione. Hi procul ab terra habitabili tãq̄ in loca deserta a fortuna eiectioni piscationi dant operam. Humida non appetunt. pisces edunt semicrudos: non quo sitim effugiant: sed feritate quadam contenti uictu quem a fortuna sortiti sunt. Foelicitate summa putant his carere rebus quæ dolore possent egentibus afferre. id uero mirabile & quod uix credi queat: q̄ nulla mouent animi passione. Ab ægyptiis mercatoribus q̄ per rubrũ mare iuxta ea loca nauigat etiã nũc eadẽ que nos scribimus de his referuntur. Tertius quoq̄ ptolomeus cupiens elephantos qui in eis sunt locis uenari. quendã ex amicis Simiam nomine ad speculandã eã regionẽ misit. Hic diligenter scrutatus singula ut Agatharchides gnidius refert ait gentẽ hãc æthiopum qui absq̄ passione uiuunt nullo uti potu: ut quẽ non apertant natura neq̄ nauigantiũ sermone aut a propinquatium externorum aspectu moueri sed respicientes tãtum immobiles stare absq̄ ullo ac si neminem uideret sensu. Si q̄s ense educto eos percusserit non diffugiunt & uerbera & iniurias perferentes. neq̄ quisq̄ alterius uulnere aut damno mouetur. Sed sæpius filios aut uxore ante oculos interfectos absq̄ ulla passione respiciunt: nullum neq̄ ire neq̄ misericordie signum ostẽdentes. Deniq̄ omnia mala quieto aĩo perferunt aspicientes solum ad percutientes ac ad singula mouentes caput. Ferunt eos preterea sermone carentes nutu manibusq̄ significare quibus egeant & quæ uelint. Quod uero quis miretur magis. Marini uituli inter hos uersatur piscium capturæ uelut homines intenti. Simili studio cubilia partusq̄ & natuorum tutelã. He gentes unanimi consensu paceq̄ curant nullo externo animanti infeste. Quod uitæ genus licet mirabile a priscis olim temporibus ea gens seruauit siue ita longo tempore assueta siue acta necessitate. Habitaculis non iisdem quibus icthiofagi utuntur: sed diuersis habitãt modis. Quidã in speluncis diuersoria habent ad arctum positis: in quibus tum umbra tum spirans aura eos ab æstu solis tutatur. Nãq̄ ad meridiem loca spectatur fornacibus ex nimio æstu similia accessum ad ea adimunt Qui sunt uersus arctum ex costis cætarum incuruis quas mare plurimas effert ex utroq̄ positis latere colligatisq̄ quas maris alga operiunt. Habitacula sibi extruunt ad euitandos æstus: Natura sibi artem ex necessitate ad se tuendam reperiente. Est & tertius apud icthiofagos habitandi modus. Arbores quædam iuxta littus plurimæ nascuntur imminetes mari. Has frequentibus foliis fructu uero simili nuci castaneæ simul connectentes umbracula sibi constituunt. ubi in littore pariter & mari commorantes uitam agunt cum solem effugientes arborum umbra tum continua maris unda uentorumq̄ aura æstum mitigante. Quartum habitaculorum modum ingens iuxta littus tumulus efficit: Qui priscis olim temporibus ex maritimis herbis arenaq̄ maris fluctibus immixta editus instar montis excreuit adeo firmus solideq̄ compactus ut in eo ob longas effodiant speluncas: in quibus commorantes maris refluxu p̄deant ad piscium capturam. Fluxu ad speluncas confugientes epulantesq̄ quos ceperant pisces Mortuos in mare proiciunt inundationis tempore sepulchra suis corpora piscium prebentes. Vnum ex icthiofagis genus eas habet habitatiões: ut qui eiusmodi diligenter res inuestigare uelint: satis ad dubitare cogantur. in promontoriis enim precipitibus undiq̄ ac prealtis. habitant nonnulli adque impossibile fuit quẽq̄ imprincipio adire. pars mari proxima ne pediti quidem e accessibilis. nauibus non utuntur. cũ sit ignotus illis earum usus. ita fateamur oportet illos eẽ loci ab origine neq̄ ab aliunde generis sicut quædam naturales senserunt principium cepisse. Verum cum horum cognitio difficilis nobis sit nil prohibet multa pollicetes in paucis uera sentire & que uerbis similia uero audientibus persuadentur quãdoq̄ longe a uero abesse. Nunc eorum quos Chelonophages dicunt uita recensetur. Sunt in oceano insule iuxta continentem numero plures sed parue humilesq̄ nullo neq̄ domestico neq̄ agresti fructu: in his quoniam ferme contigue sunt nulla fit tempestas aut fluctuum maris inundatio. iter has magnus habetur testudinum numerus: que eo confugiunt ob maris tranquillitatem. Noctu in profundo comarantur intente cibo. Die inter insulas diuertentes iacent respicientes ad solem in uersisq̄ nauiculis piscatoriis aspectu similes. excellunt enim magnitudine precipua inter marinas conchas. Barbari insulas incolentes interdum paulatim ne sentiantur uersus testudines natant. Eas adorti quidã ab uno latere ad terram premunt. quidã ab reliquo sursum leuantur quo reddant resupinas ne uertere se ne ue effugere queant. Tum longa reſte p̄ caudam ligatas namq̄ ad terram deducunt. in insula expositis omnia interiora paruo tempore ad solẽ adusta comedunt. Testia que concaua eẽ tum ueluti cimba ad continentem nauigant tum pro aque receptaculo tum pro tentoriis utuntur: quibus natura admodũ opitulata est. ut una resuario usui accomodaretur. Cibo enim uase domo nauis uitã illorum adiuuat. Haud procul ab his leuis inhabitant uitam incultam ducentes barbari. Nutriuntur enim ex cetis a mari ad littus eiectionis quarũ magnitudine. quãdoq̄ abunde epulantur quãdoq̄ illis deficientibus torquetur fame coguntq̄ cũ cetera cõsumpta sint algã & extrema costarum mandere. Hec fertur icthiofagorum uita. Littus quo ad babiloniam spectat contiguum eẽ regioni domesticæ & plantis plene. Tanta uero inest piscium multitudo: ut incolis nunq̄ eorum desit copia. Nam p̄pe littus frequetes infigunt humi calamos adeo inuicem cõnexas: ut retia aspicietibus in littore uideant: in his sunt plurimi aditus q̄ ostis ita ut in utranq̄ uoluantur partẽ claudunt. Maris fluxus ad terram delatus aque impetu ostia impellens aperit refluxus claudit. Singulis igitur diebus ex maris inundatione pisces cõtingit ad terrã p̄ portas deduci: qui refluente aq̄ ostis clausis humi in sicco remanent tanto p̄penumero ut cum ulũ psalietũ pisciũ diceret. hi & copi

Symia

Gentes  
patiētis  
siue

Chelonophages

Testudines ingētes

icthiophagi

am uiuendi & haud paruum uectigal prebent. Quidam circum ea loca habitantes regio enim omnis plana atq; humilis est fossas a mari ad eorū usq; uillas pluribus stadiis ducunt: ostiaq; ex uiminibus facta in imo fossæ statuunt quæ fluente mari aperiuntur clauduntur resfluente. Igitur remeante p ostiorum raritatē aq; deprehensos pisces in fossa sinunt: quoad ceperint quos uelint. Nunc ad reliquos transeamus in æthiopia que supra ægyptum ē iuxta fluuium quem asiam uocat inhabitat gens quā rizofagos uocat Radices enim arundinum quas ex propinquis locis effodiunt magna cura lauantes barbari lapidibus terunt quoad molles facte cohereant. Deinde placentas admodum lateris quantum manus capit factas atq; ad solem decoctas mandunt Quem solum cibum cum per omnem uitam suauem atque asiaticam habeant eorū pacem continuam inuicem seruent. Cum leonibus tamen bellantur. Nam aere circumæstu feruente e deserto leones ad eos egrediuntur: & umbre causa & ut minores uenerunt feras: Ab his ethiopes ex paludibus exeuntes multi pereunt tum inferiores uiribus tum deficientibus quibus se tutari ualeant armis. Et iam dudum ea deleta effect a leonibus natio nisi natura eis sponte perfluuium tulisset. Nam sub ortum canis mirabilis atq; innumera nullo agitante uento culicum multitudinem ad ea loca aduolat. Homines ad paludes confugientes minime ledunt. Leones abire ex his regionibus compellunt tum morfu tum uocis sono territis. His sunt ilofagi sperma tofagiq; qui appellantur pro pingui. Quorū hi quidem fructus qui æstate ex laboribus decidunt colligentes absq; labore edunt. Reliquo tempore herbam in umbrosis nascentem locis decerpunt quæ uitæ subuenit egestati. iliofagi uero cum filiis uxoribusq; ad loca campestria accedentes arbores ascendunt ac teneras ramorum summitates auferunt. Tantum autem ex continuo usu ramos ascendendi peritiam habent omnes. ut quod icredibile uidetur de arbore in arborem uelut aues possint: ascendantque tenues absq; periculo ramos. Macilentia leuitateq; corporis nixi si quando pedes labantur manibus ramis comprehensis se a casu uindicant quod si forte deciderint nulla in re propter leuitatem corporis lædunt: ita ramis tenerioribus dente exelis uentrem faciunt. Hi semper incedunt nudo corpore cōmunescq; uxores ac liberos habent pugnat inuicem p locis armati baculis aduersus alios ac dominantes uictis. Moriuntur ut plurimum fame cum deficiente uisu corpus priuetur eo sensu quo cibum querebat. Reliquam circa regionē æthiopes tenent qui Cyneci dicuntur numero haud multi uita ab reliquis diuersa: Siluestrem enim incolentes patriam & penitus asperam rarique aquarū fontibus supra arbores ferarum timore dormiunt. Sub auroram ad aquarum decursus armati prodeuntes se abscondunt inter arborū frondes. Sub æstū uero solis agrestes boues pardalique ac uaria ferarum genera tum caloris tum sitis impatientia ad aquam potus causa confluunt: Repletas grauēsq; aqua bestias æthiopes cum haud facile moueri possint ex arboribus descendentes adoriantur: ac lignis adustis saxisque & sagyptis occisas perq; cetus diuisas edunt Aliquando uero quamuis praro & ipsi a ualentiori bestia interficiuntur Sed multas ipsi dolo & arte ualentiores beluas capiunt: Si quando desint animalia antea captorum pelles madefactas remotis pilis ad ignem leuem ponunt: dispartitasq; singulis auide ad satietatem sumunt impuberes pueros exercet ad certum signum iacere solis cibum prebentes his qui signū tetigere. Ideo iaculatores optimi euadunt ur gente fame. Ab hac regione qui occasum uersus plurimum distant æthiopes cum elephantis certant. Habitantes enim in siluestribus & arboribus refertis locis ælephantorum ingressus atq; exitus ex præ altis arboribus obseruat. Multos una incedentes nō aggrediuntur omni spe uincendi remota: Singulis iniiciunt manus mirabili audacia freti. Nam cū incedens bestia arbori pproinquat in qua speculator occultus latet ex ea desiliens manibus apprehensa cauda pedibusq; ad dextrum femur oppositis securi quæ ex humero pendet leui ut que unica manu tractari queat: & acie acutissima dextera manu apprehensa neruos dextri poplitis crebris ictibus amputat. Sinistra manu regens agile corpus beluæ conatus magna uelocitate effugit: in eo nanq; certamine uersatur utriusq; salus mortis discrimine in alterius uita posito. Elephas neruis abscisus quadoq; quia haud facile se uertere potest inclinatus in latus saucium in terram cadit. æthiopemq; secum trahens interficit. Quandoq; ad arbore aut saxum hominem alidēs ipso pōdere quo ad animā exalat comprimit quidam elephantēs dolore moti cū insidiant obesse nequeat diffugiunt per capos quoad continuis securis ictibus ab incidēte cesi decidunt. Tū concurrūt æthiopi cetus & adhuc uiuētis bestię posterioris partis carnes abscisas edunt. Nonnulli ex ppropinquis incolis absq; ullo discrimine elephantos arte superat. Cōsueuit hoc animal cum a pascuis plenus redit dormitium proficisci plurimum natura ab reliquis quadrupedibus diuersa. Non enim genu corpus flecti ad terram potest: sed arbori herens dormit. Arborem elephantis ab hæsiōne tum attritam tum sordidam plenam aduertentes incolæ iuxta humum secant ut tamen nō nisi impulsā cadat: Deinde sui accessus uestigia ad ea loca delent subito abeūtes priusq; bestia ad somnū redeat. Elephas uespero cibo plenus ad noctū cubile pfectus omniq; mole secto hærens arbori statim una cū eo ad terrā pstermit. Resupinus tota nocte iacet: cū se erigere nequeat Aethiopes die ad locū accedentes absq; periculo bestia occidunt: tabernaculisq; ibidem erectis moram trahunt quod animal sit assumptū. Harum gentium qui partes ad hesperos pertinetes habitāt: ethiopes simi ad meridiem spectantes scruthophagi cognomināt. Est apud eos auis spēs natura terrestribus animantibus mixta: uñ & nomiatae sūt. Hæ magnitudine sūt magni cerui collo oblongo rotūdis lateribus atq; alatis capite tenui oblongoq; cruribus ac iucturis firmissimis fixo pede. Alte uolare pp grauitatē nequeūt. Vex ocissime sumis pedibus terrā tagētes plerū cū hās uētō alas

Aethiopia  
gētes  
Asa flūs  
Rizo  
phagi  
Leonū  
uaftitas

Ilophas  
Tohpas

Arborē  
ascēden  
tes

Cyneci

Arborē  
colētes

fagitarii

Eiephātum  
cædes

Elephātis  
sonus

Scruto  
phagi

Aues  
ceruinæ

ueluti nauem extentis uelis impellit currunt. Venatores feriunt lapidibus ferme lateris magnitudine  
 pede iactis: Cessante uento alarum præsidio destitutæ cursu uictæprehenduntur. Harum cum ma-  
 gna sit multitudo uariis artibus plurimas barbari facileq; capiunt. Et carnes quidem edunt. pellibus ue-  
 ro pro uestibus utuntur ac lectis. Ab iis uero quos simos æthiopes dicunt sæpius uenatione lacessite ro-  
 stris se tuentur quæ cum magna sint & ad incidendum apta magno sunt incolis usui: cum haud parua  
 habeatur horum animantium copia. Haud procul ab his absunt acridofagi deserto contermini homi-  
 nes paulo ceteris breuiiores macilentis ac supramodum nigri. Veris tpe zephyrus ac libycus uenti infini-  
 tum pene locustarum ex deserto ad eos deferunt numerum. He permagne sunt. sed culore alarum tur-  
 pi ac squalido. Ethiopes ad id assueti in quandam latam longamq; multis stadiis conuallem plurimum  
 materiei ex propinquis locis ingerunt. Cum suo tempore tanq; locustarum nubes a uentis supra ual-  
 lem defertur materiem congestam omnemq; loci herbam antea succisam incendunt. Locustæ desup-  
 uolantes ingenti fumo enectæ paulum ultra uallem ad terram tanta decidunt copia ut uictum oī gen-  
 ti abunde præbeant. Has enim sale quod regio plurimum fert super infuso diutius seruant cibum gu-  
 stu eis suauem. hic est solus eorum per omne tempus locustarum uictus: Neq; enim pecora nutriunt  
 neq; pisces edunt procul a mari positi: neq; ullum aliud uitæ admiculum habent. Corpore leues sunt  
 ueloces cursu & uitæ breuis ut qui longissime uiuunt quadragesimum non excedant annum. Finis eo-  
 rum non solum mirabilis est: sed etiam incredibilis. Nam propinquante senecta pediculi alati non solum  
 uisu uariis: sed specie horridi ac turpes in corporibus nati uentrem primo tum pectus deinde totum cor-  
 pus paruo tempore exedunt. Qui morbum patitur primum ueluti scabiei cuiusdam pruritu allectus  
 corpus scalpit uoluptate simul & dolore perceptis. Deinde ex orientibus pediculis simul effluente sa-  
 nie morbi acerbitate ac dolore percitus unguibus corpus magno cum gemitu lacerat. Tanta uero uer-  
 mium copia effluit alius super alios tanq; ex perforato uase scaturientibus ut deleri nequeant. Hoc pacto  
 siue cibi siue aeris causa miserum fortiuntur uitæ finem. Huic genti regio adiacet p̄ ampla uarietate pa-  
 scuorum fertilis: sed deserta & quæ penitus adiri nequeat. Non tamen hominibus a principio caruit.  
 sed postmodum intempestiua ex pluuia deserta est multitudinem araneorum scorpionumq; ferente. tā-  
 tam enim harum bestiarum excreuisse copiam fuerunt ut morsibus pestiferis incolæ coacti patriam de-  
 serere & ad alia loca confugere compellerentur. Neq; uero debent hec incredibilia uideri. Multo enim  
 his maiora sunt per terrarum orbem litterarum monumentis tradita in italia murium multitudo sil-  
 uestrium e terra prodiens plures solum patrium linquere coegit. In media adeo ingens passerum ino-  
 leuit copia iacta absummentium semina ut homines malo acti ad alia migrarint loca. Eos quos Attari-  
 otas uocant ranæ e nubibus pro guttis aque interram delapse adegerunt relicta patria ad eam in qua  
 nunc quoq; residet oram confugere. Et enim quis ignorat inter multa egregia opera quibus hercu-  
 les immortalitate donatus est illud etiam anumerari ex stinphalide palude in numerosa aues quæ ea loca  
 intestabat sua uirtute expulsas. Quædam libyæ ciuitates leonum uel ab desertis locis ad eas aduentanti-  
 um desertæ sunt. Hæc eorū gratia qui parum quandoq; fidei scriptoribus ut in credibilia narrantibus  
 habent rettulimus. Nunc ad historiam redeamus. Extremas ad meridiem partes uiri tenent a grecis  
 cynami a uicinis barbaris siluestres appellati. Hi barbas habent admodum magnas greges siluestriū  
 canum nutrientes ad præsidia uitæ. Nam ab æstiuo tropico usq; ad medium hyemis indici boues innu-  
 mera multitudine eorum patriam ingrediuntur. Causa quidem incerta est. Vtrum ne alias insectantes  
 se feras fugiant: an pastus penuria an alio naturæ que omnia miranda gignit impulsu hominibus igno-  
 to acte: His homines cum obistere nequeant. suis freti uiribus se canibus tuentur: quibus in uenatione  
 uel boues permultos capiunt. Et hos quidem recentes edunt: hos saluunt ad futurum usum. Multa insup-  
 alia animantia canibus capta comedunt. postremi qui ad meridiem habitant in hoīs forma ferarum uitā  
 ducunt: sed de his hætenus. Nunc de trogloditis loquemur. Hi a grecis appellatur pastores eo qd ex pe-  
 coribus uiuant. Cetus ac tyrannos inter se constituunt. Vxores ac filios habent cōmunes excepto q  
 unicus tenet tyranno. Huic propinquanti multam tyrannus irrogat certo numero pecudes et esiarum  
 tpe quo maximi decidunt imbres languine & lacte imixtis paulūq; coctis nutriuntur. estu solis deficiē-  
 tibus pascuis ad loca declinant palustria. pro quibus solis muicem certant. Pecora uetusta aut i morbos  
 cadentia occidunt: exq; his p̄ omne uiuunt tempus. Parentū nomina minime indiderūt filiis: sed tauri  
 arietis ouis. Et hos qd patres hos matres qm̄ ab his non a parētibus quotidianus p̄beat cibus appel-  
 lāt. Vt nūc potu idote paliuri succo. potentiores ex quodā flore exp̄sso qui est deterrimo nro musto persi-  
 milis. Armētōq; greges secūdūcetes uarias ne iisdem in locis morentur diutius regiones mutāt. Corpo-  
 ra p̄ter uirilia q pellibus tegunt nudi. pudēda troglodite oēs uelut egypti circūcidūt. His dēptis quos a  
 calu claudos appellāt. Hi soli itra regionē esternōq; habitātes ab infantia nouacula icidunt. Arma ferūt  
 toglodite ii quos dnt megauares. Scutū ex corio crudo bouis rotundū & ferratā clauā. Alii arcus lance-  
 asq;. Sepulchra ridicule penitus curāt. Nā paliuri uiminibus corpus ligātes defūcti ceruicē cruribe appli-  
 cāt. Dein cadauer i loco editiori positū lapidib; ridētes obruāt. ipositoq; supra saxōq; aceruū capre cor-  
 nu abeūt nullo dolore moti bellā iuicē n̄ ut greci ob irā aut ambitionē: sed pabuli grā. in eorū cōcertatio-  
 nib; primū iactis lapidib; quoad aliq; uulnerē cōcertāt tū arcu quoadmodū exercitati sunt pugnan-  
 tes mutuis uulneribus cadunt. Ea certamina dirimunt que etate precedunt: foemine quibus nullo perī

Simi  
 ethiopes  
 Acrido-  
 phagi  
 Locuste

pediculi  
 alati

Muriū  
 multitu-

passerū  
 multitu-  
 do

Artario-  
 tæ

Ranæ  
 pluuia  
 Cyria-  
 mini

Troglo-  
 dite

culo in medium prodeuntibus nefas est enim has ullo pacto ledere. ex templo a certamine cessant In-  
 ualidi obsequium armenta sequi gutture bouis cauda astricto uitam finiunt. Qui mortem differunt li-  
 cet uolenti eodem modo admonitos tñ antea uita priuare idq̄ habetur beneficii loco. Febricitantes itē  
 aut morbo incurabili correptos simili afficiunt morte. Maximū enim arbitrantur maloḡ ab eo uitā  
 diligi qui nequeat aliquid agere dignum uitā. Videre licet trogloditas omnis corpore itegro etate ua-  
 lida ut qui sexagesimū non excedant annum. Verū de his hactenus si quis uero lector aut ppter rerum  
 nouitatem aut mirabilē eoz̄ qui describebant uitam nostrā forsan hystoriae fidem abrogabit: si sci-  
 thaz̄ trogloditarūq̄ aerem comparans quantum inter se is differat pensiter scribentium uerbis cre-  
 det. Tantum. n. noster differt aer ab eo qui in historiis aliqñ narrat: ut diuersitas eoz̄ incredibilis uide-  
 atur. Aliquibus in regionibus adeo maxima frigoribus congelant flumina ut currus & exercitus sup̄  
 immobilem glaciem transeant. Congelantur etiam uinum reliquaq̄ humida adeo ut gladio abscondā-  
 tur. Quodq̄ his est mirabilius & extremitates uestium quas homines ferant frigore attrite decidunt.  
 obfuscantur oculi. Ignis splendorem non reddit. Ereæ statuae dirumpuntur. Quandoq̄ uero ob den-  
 sas nebulas neq̄ fulgura neq̄ tonitrua in eis locis fiunt. Plura quoq̄ alia his mirabilia natura efficit  
 quae ignorantibus incredibilia uidentur. Iis uero qui ea experti sunt facilis. In egypti ac trogloditarum  
 finibus propter imensam solis circa meridiem caloris uim nequaq̄ se respicere propestantes queūt ab  
 aeris crassitate. Absq̄ calceis ire non possunt: nam discalciati subito pedes inmensa caliditate exulce-  
 rantur. Siccities nili potum cito sumant euestigio moriuntur utpote solis estu humiditatem corpo-  
 ris subito absumentē. Cibi in uas eneam cum aqua positi ex templo solis arbore absq̄ igne alio deco-  
 quuntur. Has tamen qui incolunt oras tanta uitae incommoda nolunt effugere: sed ultro potius eam  
 diligunt uitam q̄ alio cogantur more uiuere. Ita patriae amor quidam ingens natura singulis innatus ē  
 & aeris malitiam consuetudo a teneris annis cepta superat. Has uero tot rerum uarietates haud ma-  
 gna locorum intercapedo aliquando continet. A meotide palude ubi scithae quidam in pagis & sum-  
 mis frigoribus habitant multi cum onerariis nauibus decem diebus rhodum tum quattuor in alexan-  
 driam accessere. Deinde per nilum nauigantes diebus decem in ethiopiā peruenerunt. Ita a frigidis  
 simis orbis partibus ad calidissimas regiones non amplius quattuor & uiginti dierum continua ea na-  
 uigatio fuit. Quapropter cum non longe distantium locoz̄ aeris sit tanta uarietas: non est mirandum  
 uitam illorum mores corpora a nostris multum differre. Nunc de feris que in eis sunt regionibus ali-  
 qua sunt scribenda. Est animal qd̄ ab re Rinocerotem uocant par uiribus elephanti magnitudine infe-  
 rior: pelle durissima: colore buffi. In summitate narium cornu gerit sinuam forma durūq̄ istar ferri. Hoc  
 pabuli causa cum elephante certat. Acuit enim ad saxa cornu: deinde cum elephante congressus uetere  
 grauius ictum cornu tanq̄ gladio proscindit. Hoc pacto pugnans bestiam exanguē reddit. Si uero ele-  
 phas illius ictum preoccuparit proho scide captum cum superior sit uiribus dentibus laniat. Spinges &  
 apud trogloditas ethiopesq̄ nascuntur forma haud ei dissimili qua pinguntur sed paulo pinguiores na-  
 turam habent mansuetam pluribus exercitiis discipliniseq̄ aptam. Qui cinocephali uocantur corpore  
 sunt de forma homini per similes uocemq̄ imitantur humanam ferum omnino atq̄ indomitum ani-  
 mal ratione carens. Superciliis aspectuq̄ sunt horrido ac truci. Feminis sua natura accidit ut palam ex-  
 positam extra corpus uulnam per omnem uitam ferant. Is uero quem ortum nominant ab corporis  
 & etatis decore nomen sortitus facile est leonis. Corpus reliquum p̄there simile excepta qua damis  
 equatur magnitudine. Horum animal omnium siluestris taurus qui carnibus pacitur feritatem exce-  
 dit: penitusq̄ est inexpugnabilis. Corpore maior est domesticis tauris equi uelocitate ore usq̄ ad aures  
 fisso rubicundo colore oculis albis nocteq̄ refulgentibus. Cornua ueluti aures mouēs in certamine fir-  
 ma tenet pili contra naturam ceterorum animantium uersus caput ducuntur. Et haec fera uiribus for-  
 titudineq̄ mirabili pugnat cum ceteris bestiis quas superatas comedit. Est quoq̄ infestus ad modum  
 armentis nihil nec pastorum uires neq̄ canum multitudinem timens. Dicitur eius pellis haud quaq̄ uul-  
 neribus patere. Cum multi illum conentur ui capere: frustra defatigantur. In foueam delapsus aut alio  
 captus dolo se ipsum ex ira suffocat pristinae libertatis memor. Merito igitur trogloditae hanc bestiam  
 optimam iudicant: cui a natura indita sit leonis uirtus equi celeritas robur tauri quodq̄ maximum est  
 haud inferior natura ferri. Quos uero ethiopes appellant crocotas mixta sunt canis lupiq̄ natura: sed  
 ambobus deteriores dentibus ita ualidis ut ossa omnia facile coterant & digerant comesta. Hoc animal  
 scribunt quidam uocem hominis quod nobis procul a uero uidetur imitari. Varia serpentum genera  
 incredibiliq̄ magnitudine conspici dicunt: qui loca deserto incolunt propinqua. centum enim cubito-  
 rum longitudine nonnullos esse aiunt ut merito non solum a nobis sed ab aliis quoq̄ id falsum esse exi-  
 stimetur. Addunt insuper his multo maiora haud digna fide. Nam cum plana sit regio serpentes uero  
 maximi circumuolutos in girum longe procul aspicientibus locum editiorem & quasi collem quendam  
 uideri. Sed eorum magnitudo non omnino uidetur spernenda. Nos de maximo omnium qui in con-  
 spectum uenerint serpente capto ac in alexandriam delato referemus addentes capture modum. Secū-  
 dus Pthlomeus cupiens & elephantos & alias mirabiles uisu ac uiribus beluas ad se adduci donis ac pe-  
 cuniis plures ad elephantos qui multi ad eum deducti sunt aliaq̄ feras capiendas pellexit. Itaq̄ multa  
 eius studio ad grecorum uotitiam antea ignota animantia deducta sunt. Conspecta uenatores quidā

Ignauo-  
rū uita

Glaciei  
uis

Solis uis

Patriae  
amor

Rhino-  
ceros

Sphiges

Cinoce-  
phali

Taurus  
sylue-  
stris

Crocota  
Serpenti  
magni-  
tudo

regis in huiusmodi donis magnificentia decreuere communi animo aliquem magnum serpentem uiuum in alexandriam ad ptolomeum traducere. Cum res hæc grauis difficilisq; esset: fortuna eorū consilio opitulata est: Serpens erat triginta cubitorum longitudine iuxta aquas qui reliquo tempore immobilis se in circulum redigens quiescebat. Accedentibus ad aquam potus causa cæteris animantibus subito assurgens oreq; nonnulla captiens alia circumnectens cauda depascebat. Hunc conspicati homines cum longior esset habēsq; natura laqueis & catenis illum capere existimantes primum fidenter ad eum acceperunt. Bestie appropinquantes uisis igneis oculis lingua lanbente singula squamarū asperitate dum moueretur strepitum ingentem reddentibus insuper eminentibus oris quoq; aspectu horrido immutato colore admodum exterriti sunt. Itaq; timide iniectis ad caudam laqueis ad contactum funibus corpus magnis sibilis conuersa belua propinquirem ore captum uiuū deglutiuit. Alium fugientem cauda longe apprehensum atq; ad se tractum occidit. Ceteri metu percussi fuga saluti consulere non tamen ommittentes belue capiende curam spe lucri timorem superate. Arte igitur & dolo potiore uiribus beluam sunt aggressi. Primum ualidis spissisq; funibus rete concauum gibbi forma belue capacem fecerunt. Tum speculantes serpentis cubile atq; exitus reditusq; notato tempore ut primum serpens ad consuetum animalium pastum prodiit ore aditus ingentibus lapidibus terraq; obducto in proximo uallis loco latum in primis ingressum tum arctiorem interius ueluti cuniculum cubile uersus in quo rete positum est fecere. Reuertenti a pastu belue sagyptarii funditoresq; tum equitum magnus numerus ad hæc tibicines ad id preparati omnes sese ostendere. Nulli tamen adire propius ausi sunt aliorum malo edocti. Hos ille ut conspicatus est caput alte extulit. Sed tum coniectis procul manu telis tum equorum conspectu tum latrantium canum multitudine ad hæc tubarum cōcentu ter ritus serpens ad solitum aditum profectus est: quem obseptum cum repperisset illi inseguendo armorum equorumq; strepitu tubarum insuper clangore & uenantium clamoribus iam feritate deposita obtupefactam beluam ad preparatum ad id aditum adegere: quem ingressa in rete incidit. Deinceps reluctantem reteq; dentibus magnis editis sibilis lacerantem compresserunt. Nam & cuniculo cum rete extracta multisq; ad caudam ictibus percussa effractis insuper dentibus exq; ea re dolore percussa fera mitior est effecta. Eo pacto irretitum serpentem deferentes alexandriam regi obtulerunt: mirandum spectaculum & uix audientibus credendum. Deducto deinde paulatim ad conterendas uires cibo feritas eius remissior reddita est: ita ut ob illius omnes mansuetudinem obtupefcerent. Ptolomeus uenatoribus tributo premio serpentem dimenso enutrens cibo ad regiam uenientibus exteris pro mirando spectaculo ostendebat. Tam ingenti igitur serpente in cōspectum hominum palam deducto haud abroganda uidetur fides ethiopibus: neq; pro fabulis dicenda: que de serpentibus tradunt. Afferunt: n. reperiri apud se illos tanta magnitudine ut non solum boues ac tauros ceteraq; eiusdem molis animantia: sed elephatos quoq; occisos uorent. Nam cum illis cōgressi primum cauda pedes illorum multis nexibus complicant ita ut nequeant moueri. Deinde in caput assurgentes oculisq; tanq; fulgure incensis elephantorum uisum obumbrantes ad terram deiectum commedunt. Nunc de reliquis arabici sinus oris scribemus partim a nobis alexandriæ ex regum commentariis partim ex his qui uiderunt perceptis. Hæc enim orbis portio in insula quoq; britannie & loca ad arctum sita paucis nota sunt. Verum de regionibus que arctum spectant deq; britannicis rebus tum referetur a nobis cum. C. Cæsaris qui romanum usq; britanniam imperium protulit easq; oras incognitas antea notas effecit gesta complectemur. Arabici sinus ostia patent ad oceanum qui meridiem respicit plurimum stadiorum lōgitudine: quæ arabie togloditarumq; finibus terminatur. ostii reliquiq; sinus latitudo decem & septem stadiis patet a portu panormi ad oppositam epirum diei unius nauigatio. Plurimum uero distat circa Tiritum montem ubi ita latum est mare ut epiu minime inuicem aspiciantur. Ab hac latitudine paulatim clauditur usq; ad ostium eius. Is sinus multis in locis insulas continet magnas quas inter arctus est nauium cursus. Maris uero fluxus uehementis ac multus. Hic situs est arabici sinus cuius ab ultimis locis ordientes utriusq; nauigandi modum que ue in eo sunt memoratu digna recensentur. Et primum in dexteram suæ memus littoris partem: quam usq; ad desertum habitant trogloditæ. Ab Arsinoe ciuitate iuxta dextrum continens euntibus uariis in locis ex faxis in mare emanant aquæ falsedine amare: Ultra quas latis capis mons imminet uiridi colore qui continuo aspicientium uisum corrumpit In montis radicibus stagnum est difficile ad nauigandum nomine Aphrodites: ex tribusq; in eo sunt insulas duæ oliuas ac ficus abunde ferunt. Tertia his arboribus deficiens meleagris ut appellant referta est. Post hæc sinus è ingeus nomine Achatartus In quo cheronessius angusto aditu. Iter nauigantibus ad oppositum mare prebet. Ultra hæc loca insula est longitudine stadiorum octoginta nomine Ophiades olim deserta cultoribus ob serpentum unde & nomen suprefit in ea diuersantium multitudinem. Postmodum regum ægypti opera serpentibus purgata est ad cultumq; redacta ita: ut nulli in ea amplius conspiciantur. Nō autem pretermittenda uidetur causa: qua hanc insulam serpentum molestia cura hominum liberauit. Inuenitur in ea insula topatius lapis uitro similis colore aureo Cuius accessus omnibus est interdictus pena mortis ad eam nauigantibus statuta. Pauci custodes insule presunt uitam miseram ducentes. Ne quis enim eos lapides furto auferre possit: nulla penitus in insula nauis relinquitur. Qui prope nauigat regis timore haud quaquam propinquant insule. Nutrimentum deferentes euestigio abscedunt cibo

Serpens  
ingensLucrum  
qd

Elephātes

Arabicus  
sinusTiritus  
mons

Arsinoe

Alphrodites

Achatartus

Ophiades

Topatius  
lapis



relictio. Cæteri propinqui insulam non adeunt. Deficiente cibo ad littus sedent omnes uite subsidiū expectantes. Hos qui deferunt ut tardos sepe incurfant uelut in extremo uitæ positi. Hic lapis in petra nascit die ob solis splendore minime apprens. Noctu in umbra lucet pcul ondens quo fit in loco. Custodes forte diuisi ad loca ubi latent topacii accedunt. Quæ ubi noctu splendentē cōspexere locū splendentē lapidis designat: eū postmodū die excisum opificibus tradunt: q̄ ex eo topatiū eliciat. Propinqua littora maiori ex parte scytia phagi habitāt & pastores togloditæ. Montes insuper sunt usq̄ ad sotiras portum contigui qui nomen hoc a græcis primum eo prospere nauigantibus accepit. Dein cepus firiū est arabiam uersus cuius regio ac mare aliam a priori naturam habet. Nam continens humilis est nullis collibus elatus. Mare non amplius tribus passibus profundum colore admodum uiridi: Quod ferunt minime natura aquæ contingere: sed quia alga referta est: locus ad nauigandum facilis nulli subditus tempestati: multisq̄ refertus piscibus. Naues quæ elephantes uehunt tum profunde tum pondere graues haud parua subeunt maris discrimina. Noctu enim uentorum actæ ui quādoq̄ in scopulos quandoq̄ ad loca uadosa impelluntur. Nautæ ubi neq̄ egredi propter aquam statuta hominis profundiorē neq̄ nauem contis queunt impellere omnia preterq̄ ad uictum necessaria e naui eicientes non tamen propterea periculum deuitant. Nulla insula nullo e ditioe loco nulla nauī pinqua. Nam regio penitus inculta est & incolis uacua: & ad quam rari nauigent. Preter has difficultates breui tempore tāta maris fluctibus arena ad nauis alueum impellitur. ut ueluti aggere obducatur illi incassum ad surda loca exclamantes non tamen omnino salutem desperant. Nam quandoq̄ a maris ex estu ante fluctu naue in altum eleuata tanq̄ deus quispiam salutem attulit periclitantibus. Si uero hoc dei auxilio destituantur ubi cibus deficit: imbecilliores in mare a ualentioribus quo pluribus diebus cibi suppetant proiciuntur. Sed tandem & ipsi multo pereunt deterius q̄ iam uita functi. Illi enī breui tempore spiritum nature que illum dederat reddidere. Isti multis calamitatibus morte producta longiora differendo mala perpeffi tandem priuantur uita. Naues autem destitutæ nautis tanq̄ suorum sepulchra aliquandiu permanent arena undiq̄ congesta. Malus autem neq̄ a longe cōspekte ad defunctorum misericordiam aspicientium animos mouent Regium est mandatum si quando eiusmodi casus acciderit ut significantur loca nauigantibus pernitiōsa. Traditum est a maioribus fama iis qui prope icchiophagos habitant magno quodam eius sinus fluxu mare ad oppositum litus secedēte omnibusq̄ locis eius linus arefactus terram funditus colore uiridi apparuisse ex immenso rursus maris refluxu aquam in priorem locum restitutā. Harum pantium a ptolomaida ad taurum usq̄ montem nauigationem rettulimus: cum Ptolomeum elephantorum uenationi scripsimus operam dedisse. A tauro uertitur littus orientem uersus ubi estiuo solstitio umbre ad meridiem uergunt diuerso a nobis modo usq̄ ad horam secundam. Habet ea regio flumina decurrentia a montibus quos appellant psebeos. diuiditur quoq̄ latissimis campis hibiscum cardamomum ac miræ magnitudinis palmas. Fructus insuper omne generis asperos gustu ferentibus ignotos nobis. Mediterranea regio elephantis tauris siluestribus leonibus ceterisq̄ magnis feris copiosa est. Nauigatio isulis impeditur nullum domesticum ferentibus fructum. Aues in eis uarie aspectuq̄ mirabiles nutritiur in mare deinceps sequitur profundum habet cete magnitudine eximia haud infecta hominibus nisi cum forte quis inscius in earum cristas inciderit. Neq̄ enim nauigantes insequi aduerso sole possunt splendore illarum oculos obumbrante. Has trogloditarum partes ultimas montes quos dicunt pseuaras circundat. Reliquum ex aduersum littus arabiam spectans ab ara quam Ariston a ptolomeo ad peruestigandam arabiam usq̄ ad oceanum missus. Neptūno dicauit neptūnum appellatur. Eius longitudinis regio maritima propter utilitatem admodum celebris finicea a palmis quas plurimas fert ubere ac suauī fructu appellata. Omnis propinquus ager tum aquas scatentes raras habet: tum ad meridiem uergens e admodum calida propterea locum illum arboribus fructuq̄ fertilem inter deserta hominibus loca situm merito diis barbari sacrarunt. Etenim non pauci fontes riuicq̄ aquam que niuium frigiditate haud inferior est scaturientes terram herbis uirentem prestant rem aspectu admodum iocundam. Est & templum ex duro lapide prisca temporibus conditum uetustarum & quæ intelligi nequeant litterarum inscriptione. Ei uir ac mulier presunt per omnem uitam sacrorum curam habentes. hi felices habitū qui id loci habitant in arboribus ob timorem dormiunt ferarum. Juxta pheniceam nauigantē ad epiri promontorium insula est ab animatibus que in ea uersantur dicta ferarum insula. Tāta. n. hærz bestiaz copia i his supest mixz ut uideatur aspicientibus Imminens huic insule promontorium ei loco adiacet qui appellatur petra & arabia palestine. In hanc & tus & reliqua odorem redditia ex superiori ut fertur arabia genei minnetq̄ asportant. Reliquam maritimam orā tenuerunt olim maranei. Deinde qui proximi sunt garindanes que loca ab eis hoc pacto sunt usurpata. Celebritas erat olim in ea quam diximus phenicea lustris singulis seruata: ad quam undiq̄ e proximis locis accedebāt pingues camelos hecatombas appellant diis in templo sacrificaturi. Aquam inde recedentes nam psuasum erat eam ad sanitatem deferentibus conferre in patriam ferebāt. Ob eam causam Maraneis ad sacra adeuntibus garindanes tum prius qui domi remanserant maraneos tum deinceps qui a sacris redibāt per insidias aggressi ad unum peremerunt. Vacuam cultoribus patriam tum frugibus tum pecoribus nutriendis aptam inter se diuiserunt. portus ea regio paucos habet: sed frequentibus

phagi /  
sotiræ  
Syrius si  
nus

psebei  
mōtes

cete

pseuaras  
montes

phoeni  
cia

arborū  
lecti

mara ne  
garinda  
nes

Lamites  
sinus  
nabathe  
diuiditur montibus: ex quibus preter aspectus uoluptatē magna colonis utilitas percipitur: Ex hac nauigātes sinus excipit lamites frequētibus in habitatus arabum uiciis quos nabateos uocant. hi maiorē sinus portionē tenet. Et mediterraneas quasdā propinquas partes in quibus frequens est populus & per magna pecoris copia. hi priscis tēporibus iuste uiuebant uictu quē armenta prebebant contenti. Postea uero quā alexandrinis mercatores ad ea loca nauigantes spoliare predatoris nauibus ceperunt imitati eorū qui in ponto sunt taurorū feritate trirēmis deinde capti meritā penam dedere: Subest deinceps regio campestris irrigua: que ob frequentes fontes nutrit gramen medicam & longitudine hoīs lotum. propter loci ubertatē nō solū infinitis ibi pecorū alitur numerus: sed filuestres cameli cerui dāneque quā plures pascuntur. Magno preterea numero accedūt eo cibi gratia leones ex locis desertis ac lupi pardaliq; quibus cum feris pro armentorum tutela pastores die noctuq; certare coguntur: Ita soli illius bonitas ī colis discriminis causam prebet. Natura enim bonis ut plurimū que hominibus largitur & mala immiscet. His cāpus sinus quingentorū latitudine stadiorū adiacet natura mirabili clarus pluribus ac magnis scopulis perplexusq; ac exitu difficilis. Saxum longe in mare porrectū nauigātū aditū reditūq; impedit: tātū fluxus tempestatisq; tēpore cū fluctus excreuere naues supra saxum uētorū uī delate trāseunt. Gētes que iuxta sinum habitāt banizomenāe appellatē & uenationibus uiuunt apud quos est sanctissimū templum quod omnes arabes superstitiosus celebrāt. Tres proxime his sūt insule que plures habent portus. Harū primā solitariā in qua antiquorū domorū lapidea sunt fudamēta. itēq; colūne barbaricis litteris insculpte. Ferūt īsi di sacram. Eodē pacto & relique sūt deserte cultoribus oleis tamen referte a nostratibus diuersis: Post has insulas maritima loca ad mille stadia abruptis scopulis plena sunt. Mare in nauigabile neq; portus neq; locū habet in quo anchore figi queant: ut necesse sit orta tempestate nauigantes submergi. Mons huic mari imminet uertice precipiti atq; alto in cuius radicibus exese speluncāe sunt frequentes aspereq; concauitates. In has frequentibus procellis delata maris profundi tēpestat sonū tonitruo similē reddit. Fluctus partī ad magna illis saxa sursum ferūtur spuma mirabili edita: partim a locis cōcauis absorberent maximo edito fragore ac streptiu. Adeo ut eis locis propinquātes eo sonitu percussī timore pereant. Hoc littus arabes incolunt nomine Thamudeni. Sequitur sinus ingens sparsis in eo insulis permultis aspectu si mili insulis echinatis. Iuxta littus arene sunt prealti cumuli colore nigro longe lateq; dispersi. Deinceps chersonesus subest optimum habens omnium portū qui in historiis describuntur nomine charmutha. Nā sub rupē immēsa que ad zephyrū spectat: sinus est non solum iocundus aspectu: sed utilitate quoq; ceteris supergressus. Ei mons imminet amenus centū stadiorum ambitu. Ingressum habet duorū iugerum portus tranquillus duobusq; milibus patens nauibus irriguus est preterea magno flumine in eum fluente. In medio quoq; insula continet aquis redundantē atq; ortis accomodā. Deniq; Kartaginensiu portui quē dicunt cothonū uidetur esse persimilis: de cuius utilitate suo loco dicitur piscibus plurimis ad eū ex magno mari tūcibitum aquarum in eū decurrentium dulcedine confluentibus est refertus: Hec nauigantibus loca montes quinque distantes inuicē prealti apparent uerticē modum egypti pyramidarū acuto. Sinus est deinceps rotundus magnis circumdatus promontoriis cuius in diametri medio assurgit collis in modum mense ob longus: in quo tria templa sunt admodum magnifica diis grecis ignotis sacra magnoq; ī honore ab incolis habita. Sequitur deinceps littus tum fontibus irriguus tum plenus dulcis aque riuis: inieo mons est uariis arbōribus densus quē gabinum dicunt. Loca monti contigua arabi tenēt quos uocāt debas. Hi camelos ad omnē uitā uitum paratos habent. nā in his bellātur his uaria ferunt onera hōiū lac potant his uitā ducunt. Super his diuersa perābulant loca in medio regionis eorum dicitur esse fluuius arena aurea. ex qua incolae aurum elicere nesciunt. Sinunt autem ab externis. sed non omnibus auferri. boetis enim dumtaxat & peloponensius arenā asportare licet. Idēq; eis herculis beneficio erga suā gentē ut a maioribus acceperant olim impensio in gratiā beneficii concessum. Contiguā eis partī arabes abilei gafandi q; habitant: non quidē calore feruidā ut propinqua loca. sed mollē & spissis quandoq; humectam nubibus: qui nimbi suo tempore aduenientes estatē fructiferā reddunt. Regio sua natura fertilis habetur. sed parum colitur hominum incuria. Aurum e cuniculis nulla arte factis effodiunt. non quidem quem terra igne liquefactum exprimant. sed ipsa natura purum quod ab re apyron dicunt. Minutum tamen reperitur ut pars minima scintille ignis maior nucis sic in star regiā illud circa manuum iuncturas ferunt circaq; collum pretiosis lapidibus distinctum: Cum auri apud eos sit copia. eris inopia ac ferri inuicē ea cum mercatoribus permutant. Hos secuntur quos uocant carbos. Hos sabei gens arabum populosissima qui felicem arabia incolunt eorūq; apud nos sunt pretiosissima ferentē plurima ac omni pecoris genere apprime copiosam. Odoribus insuper suauibus quos passim natura apud eos gignit omnes ferme alias superat nationes. Nā in maritimis locis Balsamum oritur & cassia quedāq; herba natura singulari que recens aspectu oculos oblectat inueterata subito fit debilior pars: mediterranea siluas continet amenas in quibus magne sunt turis ac mirre arbores. palme insuper arundines ac cinamomum & alia his odore similia. Neq; enim referri posset singulorū speties ac natura adeo affluenter multa in eum odorifera natura exagregauit. Diuina quādam res est: & que uerba superet suauis ad nostros sensus ab eis aspirās odor. Et sane longe quoq; a cōtinenti nauigantes hanc odore uoluptatē percipiunt. Veris enim tempore uenti a terra perfātes ab

Mala cū bonis

Banizomenāe

Thamudeni  
Echinatis  
charmu  
tha

Cothonus

Debas  
Cameli

Abilei  
Gafandi

Apiron

Carbi  
Sabai

Balsamū  
Cassia

huiusmodi arboribus odores ad propinqua maris loca perferunt. Non enim remissam aromata & uelutiam ueluti apud nos accidit uim habent sed ingentem recentemq; & que ad omnes sensus perueniat. Aura quidem ex optimis mixta odoribus ad maritima descendens multa suauitate nauigantes afficit & confert ualitudini. Nam haud quaquam ex contrito fructu aut in uase recondito aer manat odoriferus: sed a patria arboribusq; quibus id diuina quadam natura inest. Vt qui odores hos sentiunt ambrosiam quam narrant fabulae tanta enim odorum excellentia nullum sibi nomen inuenit aptius esse putent. Non tamen puram simplicemq; & absque inuidia felicitatem fortuna his hominibus largita est sed tantis dolis plura immiscuit mala profecto admonens perpetuis bonis deos a nobis solere contenti. Nam apud odoriferas siluas serpentum infesta multitudo uersatur colore rubicundo longitudine palmiti qui proflentes in homines letali occidunt morsu. Singulare quid incolis accidit logo debilibus morbo. Nam longa uexati egritudine cum natura debilis adeoq; exhausta est ut recreari nequeat ex asphalto. hyrci q; barba uapores faciunt quo malus odor boni immensiq; uirtutem contundat. bona enim mensura & modo sumpto hominibus profunt & afferunt uoluptatem temere & casu inutilia redduntur. Huius gentis metropolis est: quam faba appellant supra montem sita. Reges habet ex generis successionem eos quibus multitudo honores distribuit bonis malisque imixtos. Beatam namque uitam habere uidentur quod reliquis imperantes rationem ab se gestoribus minime coguntur reddere. infelicem uero quod nunquam regiam exire queunt. Nam si palam prodirent: a turba hominum lapidibus ueteri quodam deorum responso obruerentur. Hec natio non solum propinquis barbaris sed ceteris hominibus ditior atque opulenter habetur. Nam in mercatorum commercio ex parui ponderis re plurimum praetii a mercatoribus ex rerum commutatione capiunt. ideoq; cum nullam unquam calamitatem ea gens sit experita: auri autem argentiq; copia praesertim. Sabe ubi regia est superfit toreumata argentea aureaq; omnis generis poculorum habent lectos insuper tripodasq; argenteis pedibus. ceteramque supellectilem ultra fidem sumptuosam. Magnis quoque columnis porticus fulciuntur. quarum capita tum argentea tum aurea existunt. laquearia uero ac porte aureis fialis pretiosis lapidibus intermixtis totius domus sumptuosissimum ornatum ostendunt: Alia enim auro: alia argento. quaedam lapidibus splendent: Nonnulla tum elephantorum dentibus sunt excultatum multis praeterea rebus aliis que plurimi apud homines extimantur. & hi sane multis seculis perpetuam habuere felicitatem: Absuit enim ab eis penitus quod multos in preceptis dedit ambitio per avaritiam aliena possidendi. Horum mare albo colore esse uidentur quod cum mirabile sit: eius rei causam querende dedit. insule sunt felices propinque quarum urbes menis carent. Pecora in eis omnino alba cornua feminis natura desunt. Ad has mercatores conueiant undique: sed maxime ad potana quam Alexander iuxta indi fluminis ostium condidit. Locum in oceano littore nauibus recipiendis aptum. Et hec haecenus. Nunc illa que in eis locis miranda in celo uidentur non omittenda: sed precipua admiratione uidentur digna: que de arcto scribuntur multumq; dubii afferunt nauigantibus. A mense enim martio nullum eorum septem que circa arctum sunt astra usque ad primam uigiliam uideri dicunt. Maior autem usque ad secundam pauloq; post parum aspici a nauigantibus at qui planete appellantur non aspici omnino. Aliorum autem quaedam maiora nostris uideri quaedam dissimili ortu etq; occasu. Solem non tanquam apud nos pauloante ortum iubar emittitur. sed adhuc nocte obscura subito apparere lucentem. ideo nunquam diem in eis locis priusquam sol uidentur oriri: quem ex medio pelagi tradunt surgere incensis carbonibus similem radiosq; permagnos perculum afferre. Forma autem apparere non rotunda quemadmodum apud nos: sed columnae simili paululum ab summo capite lucentiorem aspectum habente. Praeterea neque splendorem neque radios usque ad primam horam prebere: sed uelut ignem absque luce in umbra uideri. Secunda hora ueluti clipeum fieri. Lumenq; prebere continuum & supra modum feruentem. Circa occasum e conuerso contingit. Nam uidetur aspectu orbem nouis radiis illuminare horis duabus. Et ut agatharchides gnidius tradit tribus. Hoc uero tempus incolis periocundum iam diminuto uergente in occasum solis estu zephyrus & lybicus & euri uenti apud eos sicut & apud alios spirant. Noti uero apud ethiopiam neque uigent neque noti existunt. Apud arabes ac trogloditas adeo calidi supramodum regnant ut & exurant herbas & ad umbras quoque confugentium debilitent corpora. At boreas merito optimus extimatur: cum sit ubique terrarum frigidus. Nunc ad libios egypto propinquos & proximas eis regiones transeamus. circa syenen ac syrtes orasq; mediterraneas quattuor libyorum inhabitant genera quorum Nasamones dicuntur qui ad notum uergunt. alii anochite ad occidentem siti. Quidam marmaride inter egyptum & cirenen habitant ac littoris partem. Quarum genus multitudine prestans hominum appellantur mace. qui circa syrtes habitantes soli inter ceteros libios agros uberes fructu colunt iumentorum: ex quibus nutriuntur diligentem curam habent. He ambe nationes regibus parent uitam non omnino agrestem agentes: neque ab humanitate alienam. Tertii neque ullis subsunt regibus neque ullam atrocitatis semper intenti iustitiam norunt. Rapietes enim que prima ex deserto casu occurrant confestim ad sua loca redeunt. Hi omnes libyi uita siluestri sub dio habitant. Victu ferarum more contenti nil domesticum edunt. Nullis uestibus praeterquam caprarum pellibus tegunt corpora potentiores iter eos nullas habent ciuitates sed turres aquis proximas condentes in eis que usui supersunt. Subditos populos singulis annis adiurant ut principi pareant obtemperantes ut socios diligunt imperium abentes ut

deorum  
cōceptusBonorum  
Mēsurā  
SabaPotana  
insula

Solis ortus

Lybia  
Nasame  
ues  
Anochi  
te  
marmaride  
Mace

latrones perfecuntur. Arma sunt eorum & regioni & moribus congrua. Nam cum sint corporibus leues patria uero ut plurimum plana neque ense neque gladiis neque alis armis utuntur in bello. Tris tamen ferunt hastas lapidesque in uasis ex corio factis delatos: cum his certantes tum in congressu tum et abeundo primo ferire hostem conantur ad cursum & lapides recte iaciendos longo usu edocti. erga externos nullum ius nullam omnino fidem seruatur. Regio cireni proxima capestris est non frugibus solum sed uineis oleoque & pascuis utilis. sunt insuper flumina non parum incolis utilia. Que uero ad notum uergit deserto cincta in fructuosa est: utpote ager carens aspectum habet mari similem. Huic desertum ingens sterileque adiacet transitu per difficultem: ita neque aues in ea neque quadrupedia preter damas & boues conspiciuntur. Loca mediterranea arenarum cum uulgis referta quo plus uite necessariis carent eo uariis magnisque serpentibus his preterim quos cerasus uocant: quorum morsus letales habentur sunt fertilia. Hi colore arene similem habent: Qua ex re a paucis iternoscunt ita coloris errore seducti quidam pedibus illos conculcantes uitae piculum adeunt: Ferunt hos quondam serpentes in egyptum transmigrantes plures uicinas regiones inhabitabiles reddidisse. **Mirabile uero quod praecipue in eis oris & ea que est circa sirtes libya contingit. Nam quandoque & maxime queto a uentis tempore apparent in aere diuersorum animantium forme quarum quedam quiescunt: quedam mouentur. & hec aliquando fugiunt aliquando insecuntur sed omnes magnitudine eximia stupore timoreque in scios prebent. Nam que homines insecuntur. comprehensum frigidum circumdant contactu. Externi quidem utpote eius rei insueti exterrentur. Ab incolis ex assuetudine spernuntur. quonia res uidetur miranda & fictae fabule per similes phisici quidam eius rei insueti exterrentur. Ab incolis ex assuetudine spernuntur. quonia res uerum miranda & fictae fabule per similes phisici quidam eius rei conati sunt rationem reddere. Aiuunt. uentos in ea regione aut omnino non spirare aut penitus debiles esse & remissos aere uero prope quonia neque conualles neque abrupti specus aut antra neque alti colles aut magna flumina in eis sunt locis esse immobile & quietum. Denique omnes uicinas regiones steriles & absque fructu nullos uapores quibus uentus excites generare. in aere igitur denso atque ottuso. quemadmodum estiuo tempore in nubibus aliquando solet diuerse animantium species licet uidere formam illis aere que leues & tenues aere quicquid mouentur prebente. Eas postmodum moto paulum aere ad terram impulsas forma tradunt. quam casu sumpserunt. cadere: ei quod in que forte incidit herere quarum in una parte magisque in aliam motus nulla in illis electio esse uerum. nam in re inanitate non est aut appetitio aut uoluntas. sed animantia quibus herent occulte causam motus prebent. Nam precedentium animantium motu anterior aer impulsus imaginem precedentis tractum sequi uerum aial quod praecedit. quod si se uerterit aut firmum steterit idolum similitudo a motu cessat. Cum uero in animal incidit. Dissoluit frigore quodam circa corpus relicto superest nunc & de his amazonibus scribamus quas priscis temporibus in lybia ferunt extitisse. Plures. n. existimant eas solas fuisse: que circa flumen thermodota: in potio regnarunt. Verum non recte sentiunt. Multis. n. antea seculis libyce fuere. a quibus multa gesta accepimus memoratu digna. Neque uero ignoramus hanc historiam nonnullos haud ueram existimatos: nam cum ea natio multis ante troianum bellum seculis omnino deleta sit amazones autem que circa Thermodota habitauerunt multo post tempore extiterint simile uerum est eas que postea notiores fuere superiorum quarum iam euenerat fama nomen & gloria praesertim apud temporum in scios obscurasse. Verum cum legerimus plures antiquos tum poetas tum rerum scriptores eosque qui postmodum fuere illarum memoriam posteris reliquisse: conabimur & nos quoque paucis ipsarum facta litteris mandare. Rex serie a Dyonisio qui argonautarum dionysioque ac nonnulla alia priscorum gesta descripsit assumpta: Plures mulierum nationes in lybia fuisse tradunt pugnaces ac ualide uiribus. Nam gorgonum gens fuit aduersus quas perseus haud paruo certamine bellum gessisse fertur uir fortitudine eximia iouisque filius & grecorum suae etatis optimus. Earum mulierum uirtus & potentia uel maxime licet conspici: si quis que de illarum praestantia scribitur cum nostri temporis uulgeribus conferat. Afferunt sitas esse occidentem uersus in extremis orbis finibus non eadem quam nostre uita ducatur. Nam mos est illis certo tempore bellicis ad seruandam uirginitatem rebus exercitari. Tractant militiam annis uiris coniungi proli gratia. Has solas & principari & publica obire munera. Viros nostrarum feminarum. instar domestice rei curam habere tum optemperantes feminis tum militie principatumque ac omnes reipublice partes post partum nati infantes dantur uiris quos lacte nutriant. aliosque rebus prout etas poscit Feminis mamillas ne crescant. urunt afferentes impedimento eas ad bellandum esse. unde a grecis eo quod mammis careant amazones appellantur. **Afferunt habitare illas in insula hesperam quae ad occasum sita sit uocitara: Ea uero est in tritonidis palude que proxima oceano a flumine quod in ea defluit tritoniam appelletur. Hanc paludem ethiopiae ferunt coterminam motique quae iuxta oceanum maximus omnium quae in eis sunt locis & mari imminens a grecis atlanta dictus hanc insulam primam magnam esse uariisque arborum fructibus ex quibus incole uiuant uberem ferunt. esse & in ea multos tum caprarum tum pecudum greges quorum lacte & carnis uescuntur. Frumeto penitus carent illius usu incolis noto. He amazones corpore ualide audeque belli primam omnes insule uicos preter unum ictiophagi ethiopes habitant menes nomen quod sacrum arbitrat expugnarunt. Solis estu admodum insula feruet ferens pretiosos lapides per multos. quorum hos greci carbunculos alios sardonicas quosdam smaragdos uocant. Deinceps plures libie propinquas subegerunt gentes urbemque perclaram in fra tritonidis stagnum quam a forma cherronesum appellant in parte redegere. Ex hac profectae plures orbis partes peragrunt. Sed primi atlantide bello appetiti caeteris earum partium humaniores: quae prima incolentes felicem magnas urbes tenebant. ab his deorum genus put greci de oceano scribunt perdisse ferunt. de quo paulo post dicemus: Traditur amazonum reginam nomine****

Cyrenae

cerastes

Amazones  
thermodotaGorgones  
pseAmaronide  
tritonidis  
palus  
Atlas  
Menes  
uicosob. torre  
fat.

Myrinam exercitum triginta milium peditum duum milium equitum confecisse maxima spe uictoriae in equibus posita. Tegumenta corporum par armis habuerunt serpentum magnorum coria quorum quaedam propter fidem ingenium copia in Libya superest. Urbanus legis ensibus hasta & arcu quo non solum ex aduersum pugnantem uulnerabat, sed fugiendo feriebatur insequentes. Cum athlatis dum patriam peruenissent quam Cercenem uocant icolentes acie superata uictos insequentes una cum eis portas ingressi urbem cepere. Vt autem terrorem formidinetur ceteris iniceret insolenter uictoria abusu occisis omnibus usque ad pubertatem uiris pueros feminasque euerfa ciuitate in seruitutem adegerunt. Qui calamitate apud finitimos uulgata athlatis aie timore territos ad eas misisse pollicitos tradituros se illis ciuitates atque imperata facturos. Regia cum ipos benigne audiisset amicitia cum eis statuta ciuitate sui nominis euerse loco condidit: in qua tum captiuos tum finitimamque partem uoluntarios accolos collocauit. Deinde dona magnifica cum athlatis dum decreto data honorum eximie impensos initio cum eis federe cepit Pollicita se genti eorum satis esse facturam. Ve gorgonidum quod gens finitima erat armis sepius athlatis lacestis ferunt Mitinam gratia precibusque eorum impullam exercitum contra gorgonidas duxisse. Quo oppositis copiis initio certamine superate magna ex parte occubuerunt. Viue ad tria milia capte Reliquis in loca siluestria confugientibus conata Myrinam scribunt siluas ut earum genus deleteret incedere uoluisse. Ve cum id nequisset ad montes propinquos transiit. Amazonibus negligenter ut in uictoria selet uigilias seruatiue captiue eductis dormientium ensibus multas interemerunt. Tade excitata amazones armis captis acriter pugnantem omnes occiderunt. mortuas amazones Miria tribus magnis aggeribus sepeliuit qui hucusque amazonum cumuli appellantur. Gorgonidas deinde tradit cum uires auxissent itaque a pso iouis filio expugnatas cum earum esset regia medusa postremo ab hercule & eas & amazorum gentem quo tempore ad occidentales partes transiens columnam in Libya posuit: fuisse deletas rem indignam existimante cum pro communi salute hominum pugnaret aliquibus gentibus feruinas impare. Legit quoque Tritonida paludem terremotu his apertis locis quae ad oceanum uergebat desiccata esse. Mirina plurima Libya parte peragrata cum in egyptum transmeasset: Cum oro isidis filio quod aegyptiis impabat aicitia firmata arabia bello petiit. Vbi multis interfectis in syriam transiit. Qua subacta cilices ei cum donis obuios pollicitosque imperata facturos liberos esse quoniam ei ultro occurrissent: iussit. Qua ex re nunc et liberi cilices uocantur. Subiecit quoque eas quae circa taure sunt nationes quibus uiribus potentes. Tum pro frigida ad magnam mare cum descendisset regionem maritimam transgressa Caicum flumen statuit militiae finem puiciae uero quod Doryctica dicitur loca oportuniore condendis urbibus eligens plures in ea ciuitates unam sui nominis alias magnorum ducum appellatiore edificauit Nynam Cimem Pytanem Pryneam. His iuxta mare sitis urbibus ceteras plures in mediterraneis posuit locis insulas insuper nonnullas in praeterita redigit: sed lesbum praecipue in qua urbe condidit mitilenen soris quod cum ea militabat nomine deiceps cum quaedam alias sibi subdidisset insulas tepestate cohorta cum uotum mris doru pro salute fecisset ad unam ex his solitariam profecta iuxta quoddam insomniu ei deae insulam sacrauit. Erecta quoque ara sacra solenia celebrauit. Noiasse insulam ferunt Samothraeamque a graecis sacra insula interpretatur. Quidam historici tradunt eam primam appellatam Samum ab incolis postea tracibus Samothracem cognominatam. Alii amazombus in epire aduetatibus ferunt deorum matrem hac oblectatam insulam & alios quosdam in ea & filios quos Coribatas dicit traduxisse. Quis uero eorum extiterit praeter in archais sacrorum tradit. Monstrasse quoque ea ferunt quae nunc in ea seruatur mysteria: teplumque asylum statuisse. pro hac tempore Mopsus thrax a lyurgo rege thracia pulsus amazonum gentem coacto exercitu peruenit Cui Syphilus scyta auxilio affuit atea ab scitis thracie finitis expulso. prolio inter eos amazonasque commisso Mopsi Syphilique res superior fuit. Mirina cum pluribus aliis iterempta. postea cum saepius a thracibus acie superaret tade quod superfueat amazones in Libya reuertere. ibique earum militiae finis ut aiunt fuit: postea uero quod athlatum meminimus: haud ab re erit deorum genus quod ab his praedisse referunt. cum & graeci partem ab his dissentiant recensere. Athlatis: ut accepimus loca propinqua oceano: & quaedam felicia incolentes tum pietatis: tum erga aduenas humanitatis preceteris finitimis gentibus laudem tulerunt. Ab his deorum genus manasse tradunt: quibus assentit praestantissimus graecorum poeta iunonem oceanum deorum patrem & matrem Thetin appellatam introduces. Scribunt autem primam regnasse apud eos. Celum hominesque atea per agros dispersos ad cetum condemasque urbes exhortatum a fera eos agrestibus uita ad mitiorem cultum traduxisse. Assuefecisse insuper domesticos fructus ferere aliaque pro multa ad communi uitae usum spectantia edocuisse. Tenuisse quoque magnam orbis partem maximeque loca ad occidentem atque ad septentrionem sita. Astrorum quoque diligens extitit obseruator multa hominibus futura praedicens: Annu et confusum antea a solis menses uero a lune motu descripsit: singulorumque anni designauit tempora. Qua ex re multi ignorantes astroorum ordinem sempiternum admirari autem futuroorum praedictionem arbitrati sunt eorum auctorem naturae diuinae participem. Post eius obitum: tum ex eius beneficia: tum astroorum notitia immortales honores adeptus est. Hic autem constat illum nomen hoc sortitum esse ob astroorum occasus ortusque multarumque rerum peritiam. tum uero propter honores beneficiis suis impensos. tum & ipsum regem. septernum omnium appellarunt. Celum ex pluribus uoxibus suscepisse ferunt filios quinque & quadraginta: horum decem & septem ex Tithea ortos proprio nomine singulos communi autem omnes a matre appellauit. Titanas: Titeam uero prudentiam praeditam cum plurimum mortalibus profuisset: ab eis post obitum deificatam terramque. esse cognominatam. Genuit quoque filias: quarum duae regina uidelicet: & thea quam praedictam dixere superio

Miina

Cercenes

Gorgones  
MedusaOrus  
rexCaicus  
Doryctica  
ca  
Nyna  
Cimes  
pythane  
prynea  
MytileneSamo  
thrax  
Samos  
Corybantes  
Mopsus  
Syphilus  
Atnlatioceanus  
Tethys  
CaerusCaeli filii  
Tythca

**Tyranes** res etate ceteris euaserunt clariores. Ex his regina prior annis prudentiāq; & uirtute reliquis prestantior in gratiā matris fratres oēs educauit: eoq; magnam aut matrē appellatā postea uero q̄ pater post obitum ad deos transiit cōmuni populorum fratrumq; cosensu regnum adhuc uirgo cepit cum nulli antea nuphisset postmodū cupiens filios linquere successores regni unum ex fratribus iperionē uirgē sumpfit. Ex quo duos peperit liberos solem & lunam. Quorum formam prudentiamq; admirantibus singulis tradunt fratres. plis inuidia motos ueritosq; nequando imperium ad iperiona perueniret selesto facinore Excogitato fratrem cōmuni consilio otruncasse. Solem adhuc puerum in flumen Eridamū proiectum suffocatum eē. Qua re uulgata luna pretermodum fratrem diligens Ex tecto se precipitauit Matrī querenti iustum flumen corpus cū in somnum incidisset. Visum ei per somnum est a sole se consolari: rogareq; ne lugeret natorum mortem: nam homicide meritum eēt supplicium pafuri. Se uero ac sororem quadam dei pudentia futuros immortales nam ignem celi sacrum antea uocatum solem ab hominibus appellandum fore. Quæ uero mena prius dicebatur lunam. A somno experrecta cum omnibus tū somnium tū infortunium suum narraſſet filios ut deos coluit ipsa innupta uiuens postmodum in insaniam uersa filie cimbala tympanaq; quotiens edito sonitu sparsis criminibus per patriam errabat. Quo aspectu misero obstupebāt homines. Cum uero singuli eius odori misererentnr quidam corpus sustinerent maximo imbre cohorto. cōtiuoq; fulminum casu reginā aut disparuisse. Qua re admiratus populus solis luneq; nomeu ad astra tranſtulit matrem & deam exstimaui & erecta ara cimbali ac timpani ceterisq; rebus illius gesta imitatus sacra illi & deorum honores instituit. Huius dee in phrigia origo extitisse traditur. Afferunt enim incole phrigie libieq; regem priscum fuisse Menoem: qui uxorem duxerit dindimenen. Ex ea natam feminam cum nutrite nollēt in montem cibelum nomine abesse expositam diuina quadam sorte pardali aliaq; fere lacte uberib; p̄bito nutrierunt. Hanc mulier quedā pecora pascens cum uidisset: facto stupens infantem tulit: atq; a loco cibelen nominauit Aucta etate pulchritudine prudentiāq; Excellens mirabili ingenio fuit. Nā & fistulā pluribus calamis compactam & ad lusum choreasq; cymbalum tympanumque prior adinuenit. Preterea pecorum puerorumq; morbis remedia introduxit. Itaq; tum propter infantes quib; uerboꝝ medicaminibus salutem prebuit. Tum quia plurimos uelut in sinu fouit: tum etiam propter diligentiam amoremq; singulis preſtitā matrē ab oibus distam ferunt. Amicitiam quoq; eius appetit: se Marsiam phrigem ingenio prudētiāq; mirabili. Coniecturam ingēti sumunt q̄ uocis sonum multiplicis fistule imitatus ad tibias eam armoniam traduxit: prudentiāq; usq; ad extremum uitæ finem celebs uixit. Cibeles prouecta etate adoleſcentem quendam eius regionis. Atim nomine dilexit quē postmodū dixerūt papam. Cum eo clam coiens grauida facta est. Quod ut parentes norunt in regiā accitam ut uirginem pater suscepit. Noto filia peccato & Atim & nutrices interfici iussit atque insepultos abiici. Cibelen tum Atis amore tum dolore nutritum percussam in sanam effectam in publicum prodisse ferunt psalentemq; cū tympano solam uniuersam patriam sparsis capillis deambulasse. huius marſias misertus sponteq; illam assecutus una pererrauit pristiæ amicitia memor Cum ad dyonisiū in nīlam urbem uenissent inuenere Apollinem magna exstimatione habitum q̄ primus dicitur citharam repperisse. Orta inter eos artis contentione nisceos iudes instituerūt. Apollo primū cithara simplici usus est. Marſias uero tibiis. Quibus admodum ut re noua audientes ob stupore. Eo in certamine soni suauitate apollinem uisus est superesse. Ambo astantibus iudicibus cum arte quilibet suauiter preferret. Apollo modulationē cātus ad cithare suauitatem adiecit. Quapropter tibia sonum uisus est excedere. Quod marſias egreferens audientes monuit minime se uictū esse. Non enī uocis sed artis cōparationē fieri oportere secundum quam armonia ac suauitas tum cytare tum tibi arum esset exquirenda. iniquum preterea esse duas simul artes uni conferri. Tunc apollo respondisse fert se nihil plus ad sōnum q̄ Marſiā adhibere: nam & ille quoq; ore uteret cum tibias iflaret. Oportere igit aut ambobus idem licere aut neutrum ore sed manibus ostēdere suæ artis modulationē. Cū uideretur iudicibus equiora apollinē postulare artibus iterū cōparatis aiunt denuo Marſiā esse uictū Apollinē uero ea cōtentione exaspatū uiuum Marſium excoriatū. Verum ex templo penitentia ductus egre quod egerat ferens proiectis cithare cordis iuentā ab se armenia dleuit. Ad hāc postmodū muse mediā linus quā licanon orpheo & Tamyra quā hypatē ac paripatē musici dnt addiderūt. apollinē ferūt cythara tibiisq; in antro dionisii positis cibelis amore captū cū ea usque ad hiperboreos errasse. Cū phriges morbus opprimeret tersa nullos p̄beret fructus iciscitātes deū malorū remedia oraculo p̄ceptū ē ut & atis corpꝝ sepelirēt & cibelē uenerarēt ut deā. Nō repto Atis qd̄ tps. absumperat corpe phriges imaginē adoleſcētis circa quā plāctu ac lamētis sacra inibāt fecerāt ira iniq; mortui mitigātes. Quæ s̄uetudo penes phriges usq; ad hāc tpa pmāsit. Cibeli uero ara erecta anīs singulis sacrificabāt. Postmodū ip̄ſellinūte opido phrigie sūptuose cōstruēto tēplo honores illi sacraque solemnia cōstituerūt. Mida rege ad ea plurima cōferere positi erāt circa deæ statuā pardali ac leones a quibus oli eēt enutrita. Hāc de cibeles deorū m̄re apud phriges deq; athalātib; q̄ circa oceanū regnarunt tradūf. Post iperionis iteritū asserūt celi filios ip̄iū diuisisse ex eis fuisse athlātē & saturnū nobiliores athlāti loca d oceanū posita sorte euenerūt. q̄ populo suo noīe & maximū ppe oceanū mōtiū appellauit athlātē fert ip̄iū astrologie fuisse pitissimū deq; sp̄a pmūc hoies disputasse q̄ ex ruisus ē orbē suis hūc

Linus  
Apollo  
Cybelo  
Atis  
pessunūtes  
Leones  
Athlas  
Saturno  
Sphera

ris sustinere locum prebente fabulis spere inuentione. Hunc autem plures substulisse filios: sed unum pietate ac in subditos iustitia humanitateque insignem quem hesperum appellant: Qui cum in athlatis montis cacumen ad seruandos astrorum cursus ascendisset subito a uentis arreptus nequaquam amplius uisus est. Ob eius uirtutem casum hunc miserata plebs honores sibi prebens immortales astrum celeste lucidissimum eius nomine uocauit. Fuerunt insuper athlanti filiae septem a matris nomine athlantes uocate quibus cuiuslibet proprium nomen esset. Vt maia. Elestra. Taygete. Asterope. Merope. Alcione. Celeno. Has tradunt tum ab heroibus tum ab diis cognitatas & deos propter uirtutem & eos quos heroas dixerunt ueluti principes generis hominum peperisse. Veluti prior etate maia ex ioue Mercurium genuit multarum rerum apud homines repertorem. Eodem modo & relique athlantes singule filios ediderunt prestati uirtute: quorum hi quidem gentium hi urbium conditores extiterunt. Itaque non solum barbari quidam: sed etiam grecorum plurimi priscorum heroum genus ad istas rettulerunt. Quas cum prudentes fuisse constat: tum post obitum honores deorum immortalium adeptas pliadum appellationem cepisse. Nymphae quoque dicte sunt: quoniam communi uerbo mulieres omnes nymphas incolae appellant. Saturnum athlantis fratrem aiunt praecipua impietate auaritiaque praeditum uxorem cepisse Sororem rheam: Ex qua ortus est iupiter olympus postea uocatus. Fuit & alter iupiter caeli frater qui in creta insula regnauit multo gloria inferior posteriore. hic enim imperauit orbi Superior cretae tantum. Genuitque filios decem: qui curetes sunt appellati. Insula quoque ab uxore idea uocauit. Ibi quoque post obitum sepultus est Cuius & hodie monstrari sepulchrum ferunt. prout etiam testantur cretes. de quibus posterius referemus. Regnauit saturnus in sicilia libya ac etiam italia: sed praecipue in locis ad hesperum sitis Eius imperii firmamentum fuit. Apud omnes uero artes urbium & loca munitiora tenuit: quo firmius imperium foret. Eo ad hoc usque tempus & insicilia & in occiduis oris ediciora loca saturnia dicta sunt. Ex saturno iupiter ortus quoniam diuersa a patre uita institutione erga singulos mansuetudine atque humanitate usus est. a populo pater est nominatus. Regnum is deinde cepit partem concedere partem populis ab eo potius desciscitibus. Aduersus quem cum saturnus titanum presidio sisus pugnasset acie uictus est. iupiter superior imperium affecutus uniuersum orbem perambulauit plurimum de genere hominum meritis. Viribus corporis uirtutibusque excellens breui totius orbis imperio potitus est. Omne eius studium impuniendis impiis facinorosisque hominibus ac in bonorum praemiis communi quoque populorum utilitate uersabatur. Quibus rebus post uitae finem louem dixere: eo quod beneuolendi causa hominibus extitisset. Creditus uero deus in orbe est ab his de quibus bene erat meritis. Sponte illum omnibus & deum & dominum in sempiternum uniuersi orbis profitentibus. Quonia in his quae de rebus aegypti a nobis relata sunt Dionysii genus gesta quoque tetigimus: equum: uidetur: ut quae de hoc a graecis deo scribuntur litteris mandemus. Verum cum prisci rerum scriptores poetaeque qui de dionysio Miranda quaedam litteris tradidere de eius genere ac gestis dissentiant difficile uidetur uerum in his rebus exquirere. Nam hi quidem unicum Dionysium reliqui tres scribunt fuisse. Sunt qui eius genus nequaquam mortalibus fluxisse dicant: Existiment quoque illum uini extitisse auctorem. Sed nos quae de eo feruntur paucis transigemus. Naturales qui de hoc deo locuntur uini quoque eum repertorem putant. terram aiunt una cum caeteris plantis sua sponte uites tulisse non ab aliquo principio satas. Huius rei coniecturam sumunt: quod nunc quoque in quibusdam siluestribus locis nascantur uites: fructum quoque ueluti reliqua arte hominum culte ferant. Duae dionysio matres prisci fuisse arbitratur. Vnam & eam priorem generis quando uitis in terram posita augmentum in capite secunda quando racemos producit. Itaque altera huius dei ex terra: altera ex uitis fructu fertur generatio. Sunt qui & terram generationem ipsi attribuant: ex loue & caetera genitum ferentes a mortalibusque dissipatum ac decoctum rursum a cerere membris compositis iuuenis factum reuixisse. Quae omnia ad naturales traducunt rationes: louis enim & caeteris filium ob eam causam tradunt quoniam uites ex terra & pluuia nutrita producaut racemos: ex quibus uinum exprimitur. Ab hominibus uero dispersum. eo quod agricolae fructum auferant: terram quoque homines cererem putent membra eius decocta: quoniam plures uinum decoquant tanquam melius ac tuauius futurum. A mortalibus uero membra dispersa iterum in ordinem redacta terram ostendit certo anni tempore acta uindemia denuo novos fructus proferre Denique ab antiquis poetis scriptoribusque traditur cererem fuisse terram matrem appellatam Eadem quoque & orphei tradunt poemata & in cerimoniis introducuntur de quibus haud quam fas inscios loqui. Eodem modo ex semele ortum ad naturale principium deducunt: afferentes Thionem ab antiquis terram fuisse nominatum: Semele eo quod honesta sit eius dei cura & honor. Thionem uero a sacris ei impensis uocatum. Bis ex ioue natum tradunt: quoniam uites deucalionis tempore una cum caeteris arboribus diluuiis sint absumptae. Deinde iterum exortae: ueluti haec secunda extiterit dei apud homines praecreatio: Qua ex louis femore natum denuo hunc deum scribunt. Qui igitur uini repertorem dionysium uolunt huiusmodi fabulas scribere. Qui uero hunc humano corpore deum phibent fuisse eadem tradunt: & uites eum & uini usum adinuenisse. Vt & dionysii plures fuerint incertum est. Quidam unum extitisse uolunt quod & unum reperit & arborum fructus: uniuersum quoque pagrarit orbem. Initiationes quoque ac ceremonias & bacchanalia a iuduxerit. Alii tres ut diximus diuerso tempore fuisse scribunt praecipuis cuiusque generis attributis: prioris indum uolunt extitisse terramque sua sponte: ob soli fertilitate uites feret ex uua unum

hesperus  
Athlantes  
Maia  
Elestra  
Taygete  
asterope  
Merope  
Alcyone  
Celeno  
Mercurius  
Pliadre  
nymphae  
Saturnus  
Rhea  
Iuppiter  
Curetes  
Idea

Saturnia  
Iota  
Iuppiter  
pater

dionysius

Vinum  
Vites  
Ceres  
Thiones  
Semele

Dionysius  
us primo

elicere ficus ceterorum arborūq; curam. Et horum insuper cōmedendorum usum edocuisse eundē quoniam indorum sit moris per omnem uitam barbam nutrire barbatur cognominauerūt. Hic orbem cum exercitu perambulās & uitam plātare & ex racemis uinum torculari ex quo ipsum leuē appellat educere monstrauit. Plura insuper ab hominum usu ab eo adinuenta causam ut post mortem pro deo coleretur: Prebuere. ostendi quoq; etiam nunc apud indos aiunt & locum: in quo sit ortus. dionysius: & urbes eius nomine ab incolis appellatas. Multaq; preterea alia extare: quæ longum esset scribere uestigia illam apud indos natum testantia. Secundum ferunt ex loue genitum & prospera ut alii sentiunt ex cerere quem tradunt tum primum boues ad aratrum iunxisse: cum terra prius manibus hominum coleretur: multaq; alia instrumēta repperisse agrorum culturæ accomodata. Quo minori labore rustici opus facerent. His erga homines beneficiis cum eum censerent immortalem & honores illi & sacra ut deo instituta sunt. Addita fuere ueluti insigne quoddam ad picturas eius statuasq; cornua tum ad monstrandam alteram Dionysii naturam tum ob perutilem agricolis aratri inuentionem. Tertium ex loue ac Semele cadmi thebis boetiæ natum dicunt. Iouem enim ferunt amore illius captum cum ea sæpius cubuisse. Iunonem zelo & ira motam sumpta unius ex semeles ancillis forma ad ulciscendum iniuriam suasisse illi ab loue petere: ut ea maiestate honoreq; secum concuberet: quibus cum Iunone consuesset. Quod postulatū annuēs Iupiter cum tōnitrū ac fulmine ad semelem descendit: quæ insolita re territa Expirans abortiua est: editum ante tempus filium Iupiter absconditum in femur cum tenuisset: Partus tempore editum in nysam arabie urbem tulit: ubi nymphis educatus infans a patre locoq; appellatus Dionysius est. Hic specie decorus primo in choris & mulierum thiasis sūma in uoluptate ludog; nutritus atq; educatus est. Tum fæminarum exercitu quas thyrifis armauit congregato orbem terrarum circuit. Eos qui pie iusteq; uiuerent sacra mysteriaq; docens. Festos preterea ubiq; dies publice choros agi & musicam exerceri artem instituit. postremo sedatis inter omnes nationes urbesc; discordiis bellisc; ubiq; sublatis pacem singulis largitus est. Ita uulgata tāq; presentis dei fama cū ad uitæ ciuilibus cultum homines traduxisset: passim ei occurrentes cum lætitia gaudiog; excipiebant. Paucos autem ob superbiam impietatemq; spernentes eum cū propter incontinentiam dicerent bacchides ab ipso circumduci. Cerimonias uero ac mysteria ad corruptelam externarum mulierum introducta ex templo pœna affecit. Ob diuinā animi naturam aliquando plectebat: impios quandoq; insanos reddens quandoq; mulierum manibus uiuorū membra discerpens nonnunq; militum opera sibi aduersantes ultus: Tradidit quoq; bacchidibus pro thyrifia cula mucronem ferri edera circumdante. Quæ tanq; muliebria spernētes reges eoq; imparatos ad ortus preter spem superauit. Insignes inter mulctatos ab eo fuerunt græcum penthea. Nynum indorū regem. Ligurgum thracem. Tradunt enim Dionysium ex asia in europam cum exercitu transiturum cum ligurgo thracem: qui sunt ad hellepontum rege societatem coisse. Cum fæminas primum in thraces uelut amicos traduxisset iussisse ligurgum noctu milites suos Dionysium aggredi ipsumq; & pellices omnes obruncari. His per quendam accolam Tharopem nomine cognitis: territus Dionysius cum nondum transfretassent milites amicorum presidio occulte ad exercitum transiit. Ligurgus pellices aggressus in loco qui appellatur Nysus omnes interemisse dicitur. At Dionysius exercitu traducto thracem pugna superatum captumq; priuauit oculis domesticis eius cruce affixis. Tharopi memor beneficii thracum imperium concessit tradito ei orgia celebrandi modo. huic agrus filius succedens & regnum & cerimonias mysteriaq; tradita suscepit. Quibus postmodum ab orpheo ingenio & eruditione præstanti percæptis cum nonnulla ad orgia addidisset repertas a Dionysio cerimonias orphea posterius appellarunt. Poetarum quidam interq; eos Anthimachus tradunt non thracem: sed arabum regem fuisse ligurgum: qui & dionysio & bacchidibus in nysa arabie cum exercitu occurrisset. At dionysius pœna impiis premio bonis effectus ex indis thebas elephato uectus puenit. A triennio uero iis peregrinationibus exacto græcos instituisse triateridas tradunt. Ipsum quoq; fabulantur multarum gentium spoliis onustum primum omnium in patria triumphasse. Sed in hoc genere maxime conueniunt prisca. Disputat uero non paucas græcarum urbes ab his fuisse cōditas. Nam Ilienses Nasii & qui ciuitates incolunt liberas insuperteti aliq; plures suos fuisse illos ostendunt conditores. Teti quidem apud se ortum ea tradunt coniectura: q; etiam adhuc in eorum urbe certo ani tempore e terra uini fons sua sponte fluat sapore suauissimo. Cæteri uero hi quidem ostentant suam regionem dionysio dicatam: hi erecta templa illi sacraq; olim statuta. postremo cum in pluribus orbis locis illius dei meritorum uestigia monstrantur. haud mirum est multos existimare suas urbes patriaq; præcæteris a dionysio dilectas. Sentit & poeta nobiscum enumerās in hymnis eos: qui de suo genere ambigunt & simul illum asserens in arabie nysa ortum. Haud uero inscius sum: libyæ: que ad oceanū uergit accolas de huius genere differentes. Nysam & alia quæ de Dionysio feruntur: quorum multa apud eos aiunt permanere ad hoc usq; tempus uestigia apud se facta contēdere. His plures prisca grecorum scriptores poeteq; hinc etiam qui postmodum secuti sunt assentiuntur. Nos uero ut nihil eorum: quæ de dionysio comperimus scripta omittatur paucis quæ tum a libyis dicta tum a græcis scriptoribus præsertim a Dionysio ueteris hystoriæ auctore tradita sunt absoluemus. Hic enim Dionysii amazonum argonautaq; troianiq; belli gesta ac plura alia memoriæ prodidit inuicē cōferēs & quæ

Ienæus

Dionysius secundus

Aratrum

cornua Dionysius tertius Semele

Dionysius unde

Thyrifus pentheus Nynus Licurgus Tharopes

orgia

Triumphus prius Ilienses Nasii Teti uini fons

dionysii gesta sinus numeri nelodia



a priscis poetis: & quæ ab historicis narrantur. Hic ait primum linum in gracia humeros ac melodiã reperisse: Cadmum ex phoenicia aduexisse litteras: primumq; græcam linguam inuenisse ac rebus dedisse nomina. Ad hæc characteribus formam indidisse: communiq; uerbo litteras: quoniam ex phoenicia traductæ essent: appellatas phoeniceas. Sed a pelasgis qui primi eis litteris usi sunt pelasgas dixere. Lintum poesi tum melodia excellentis plures discipuli extitere: Hox tres precipui habiti. Hercules. Thamyris. Orpheus. Hercules cytharam discens cum ingenio esset tardo ob eamq; rem uapularet ira motus linum cythara peremit. Thamyris natura ad percipiendum apta musicam didicit: In qua cum plurimum excelleret: dixisse illum aiunt suauius se q̄ musas cantare: quibus irritatæ uerbis deæ & eum priuarunt musica & liram abstulerunt quemadmodum homerus his conuentiens scribit De orptheo singulatum referetur: cum eius opera a nobis recensentur. Linum tradunt primi dionysii gesta litteris pelasgis edidisse: quibus & orpheus usus est ac pronopides homeri magister uir ingenio musicq; egregius. Thymitum insuper thymiti laumedontis qui orphei ætate fuit plurimis orbis peregratis locis in libyam occidentem uersus oceanum usq; cum descendisset: uidisse nyfam in qua prisci incolæ nutritum dionysium uolunt: ibiq; diligenter actis huius dei apud nyseos perquisitis composuisse poema ferunt. quod phrygium nominari antiqua lingua & litteris priscis editum. Afferunt præterea Ammonē libyæ partem regem uxorem cæpisse rheam cæli filiam Saturni aliorumq; Titanum sororem: qui regnum perambulans iuxta ceraunios montes conspectam ab se uirginem forma pulcherrimam Amaltheam nomine adamauit: filiamq; ex ea genuit spetie ac robore corporis insignem. Amaltheia uero propinquæ oræ præfecit bouis cornu persimili: ex quo occiduum cornu sit nominata: Et quoniam ea regio esset uineis cæterisq; fructiferis arboribus referta a muliere autem regetur amaltheie cornu eam dixere. ppter ea & posteri homines optimam copiosamq; fructibus patriam ab ea similitudine amaltheie cornu appellarunt. Ammon rheam ueritus infantem absconditum clam in urbem nyfam ab eis locis remotiorē transferens insulam a tritone fluuio circumdatam precipitem ac undiq; abruptã unico difficilique aditu quæ portas nyfias dicunt ubi nutriretur elegit. Esse in ea insula tradunt terram felicem amenis pratis distinctam & multis irrigua aquis. Fructus insuper multiplices & uites suapte natura ortas magna ex parte super arbores diffusas. Salubrem præterea aerem adeo ut illius homines longiori q̄ ceteri ætate uiuant. Insulæ aditus in tibie modum fertur adeo densis arboribus umbrosis: ut solis radiis eo penetrare nequeant. Iuxta aditum undiq; dulces aquarum habent fontes: q̄ locus est ad habitandum suauissimus. In ea antea existit rotundum tum magnitudie præcipua tum pulchritudie undiq; præcipitia sunt in altum surgentia diuersi coloris splendidique lapidibus ut nullus ibi oïo color desit. Ante aditum natura eë arbores mirabili aspectu aiunt & has quidem fructus ferentes alias semper uirètes ut ad uisus uoluptatem nata uideatur. In his diuersæ nidificant aues colore oculos: aures cantu uero oblectantes. Vniuersus locus est non solum aspectu sed cantu etiam amenus artis armoniam uoce auium superante: post ingressum apparet antrum latum splendore solis lucens. Omnia floribus referta sunt: sed precipue cassia reliquique rebus: quæ iocundum odorem continuo queant reddere. Licet ibi insuper aspiceret nympharum plura diuersoria ornata floribus non quidem arte: sed natura cum omnidecore perfecta. In toto antri ambitu neq; flos unq; neq; folium defluit: ut neq; oculorum: neq; aurium uoluptas aliquando desit. In hoc ammon puerum nutriendum dedit nyfæ aristei filia: Cui loco aristem præfecit uirum sapientem atq; eruditum ad euitandas rheæ nouerçæ insidias: custodiam filia mineruæ permisit: & paulo ante hæc tempora circa Tritonium fluuium unde & tritonia dicta est genita. Scribunt hanc deam per omnem uitam uirginitate seruata prudentia claruisse. Multasq; cum ingenio præstaret: ab ea artes repertas belli quoque exercitio deditam cum robore corporis uigeret multa fecisse memoratu digna. Alcidaq; ita enim dicta est peremisse feram stupendam ex terra natam: & ante aut que natura plurimum ignis ex ore euomeret insuperabilem pugna ea primum in phrygia apparuit regionem quandam comburens: quæ hucusq; exiuit phrygia dicta est. Deinde ad montem taurum transcendens siluas continuas usq; ad indos incendio uastauit. Postmodum per mare in phoenicea reuersa siluas libant incendit: perq; egyptum in libyam profecta ad loca peruenit occidua: postremo siluis circa ceraunia destructis omnique incensa patria cum homines partim flamma absumpti essent partim timore patriam linquentes ad remotiora diffugeret loca. Mineruam ferunt tum sapientia tum fortitudine ac uiribus fretam eam feram necasse pellem peccatori circumdedisse tum uestitus tutelæq; corporis gratia tum ad uirtutis partæq; gloriæ memoriam ostendendam. At uero alcidæ morte terra commota deorum hostis gigantes peperit quos postmodum Iupiter Mineruæ dionysiiq; ac cæterorum ope deorum deleuit. Dionysius in nyfa educatus disciplinaq; eruditus non tantum pulchritudine roboreq; excelluit: sed multarum rerum utilium inuentione. Nam adhuc adolescens & uinum ex uuis cum uites sua sponte terra produxisset. exprimi & qui fructus possent exficari seruariq; ondit: præterea quæ cuiq; loco ab se inuetas arbores plantari a expedire: singulos edocuit. Spe cõcepta bñficiorum erga genus hominum magnitudine immortales se honores potiturus: ob eius uirtutis ac gloriæ nomē fert Rheam iratã ammoni conatã eë Dionysium auferre. Quod ubi nõ successit relicto amonē uersa ad titanen fratres saturno fr̄i nupsit. Qui rheæ suasu aduersus amonē moto bello acie titanum p̄sidio superior fuit: Ammonēq; fame coactum in cretã fugere: ubi curetes regnabant cõpulsit. Ibi regis filia cretã nomine uxore cū cæpisset regno sumpto insulã atea ideã dictã ab uxoris nomine ap-

Cadmus  
litteræ

Hercules  
Thamyris  
Orpheus  
pronopides  
Thymitus  
Nyfa  
Ammon  
Rhea  
Amalthea

nyfa  
Aristheus  
Tritonia  
inuenta  
Alcida  
belua

Minerua

Gigantes

Dionysius  
inuenta

Rhea  
Ammon  
Creta  
Idea

pellauit. Saturnum tradunt occupatis locis Ammoni subditis acerbe imperantem aduersus nysam dionysiumq; magno exercitu profectum. Ille cum sciret patrem Ammonem bello uictum. Titanas uero saturno auxilium ferre: coactis ex nysa militibus. Interq; eos ducentis tum strenuis tum suma erga eum cum his enim nutritus fuerat beniuolentia a libyis atq; amazonibus finitimis: de quibus antea rettulimus auxilia exciuit. Asserunt eas utpote quæ uirtute uirginitateq; excelleret ad belli societatem aduocasse uitæ similis mineruam diuiso exercitu: ut uiris preesset dionysius. Minerua sceminis cum in exercitum titanorum incidissent commissio certamine multisq; utriusq; cæsis uulnerato saturno. uictor dionysius euasit. Titanibus ad eas regiones quas de Ammone cæperant confugientibus dionysius ad nysam urbem cum captiuis reuersus est: ueluti de eis pœnam sumpturus. Cum armatis militibus eos omnes circundasset primum de titanibus questus omni postea captos crimine solutos pronunciauit. Deinde data eligendi libertate abire an secum militare mallent secum omnes se fore acclamarunt. Ob datam uero preterspem salutem ut deum uenerati sunt. Omnis hos postea libato uoto iuramento adegit: ut secum continuo in bellis usq; ad extremum pugnarent. Cum arma aduersus Saturnum esset moturus proficiscente ex nysa exercitu Aristeum tradunt eorum presidem primum omnium & sacra instituisse dionysio: & ei ut deo sacrificasse. Dicunt insuper subsidium ei tulisse nysæ eorum nobiliores: quos a primo eorum rege sileno. Eius autem propter uetustatem ignotum est genus silenos uocant: is cum circa lûbos caudam haberet: posteri quoq; eius naturæ participes idem signum gestarunt. Dionysius contracto exercitu per loca arida ac deserta ferisq; infesta profectus ad zambirram urbem libye peruenit. Ibi feram indigetem campos nomine multis eius oræ mortalibus perniciosam peremit. Quæ res magnam ei gloriam penes accolos tulit. Ut autem sempiterne occisæ ab se bestiarum gloria extaret erexit ibi tumulum in gentem: qui ad posteros usq; perseuerauit: suæ uirtutis monumentum. Deinde uersus titanias exercitum moto ea modestia iter fecit: ut se omnibus incolis humanissimum preberet. Vbiq; ostendens ad plectendos impios atq; ad beneficia in hominum genus conferenda eam ab se susceptam expeditionem: Quæ ex re moti libyi eius cognita uirtute animiq; præstantia uictum militibus affatum prebuerunt: simulq; eius castra secuti sunt. Ad ciuitatem deinde Ammonis appropinquante exercitu saturnus ante urbis moenia acie instructa uictus ciuitatem noctu incendit ea mente ut paternam dionysii regiam absummeretur: sumptaq; uxore rhea & amicis quibusdam ascitis clam ex urbe profugit. Verum cum uxore captus a Dionysio nequaquam illius opera imitante non solum cognationis gratia penam remisit: sed & consolatatus est: per omnem eos uitam habens parentum loco. Rhea illum ut filium uiuens dilexit. Saturni simularior fuit beniuolentia. hi per id tempus filium genuerunt quem appellant iouem: Quia Dionysio summo honore habitus uirtute postmodum imperium omnium gentium adeptus est. Cum libyi ante pugnam ei dixissent: quo tempore ammon ex regno eiectus est incolis predictum fuisse uenturum eius filium Dionysium: qui recuperato regno orbis imperium possideret: deusq; haberetur: exitimans uerum fore uaticinium. Et templo patri & urbe conditis ut deo illi honores impendit quosdam instituens qui haberent diuinationis curam. Traditur ammon gallea in bellis usus: cuius isigne fuit arietis caput. Sunt qui ipsum asserant natura in utroq; tempore paruula habuisse cornua. Propterea filium eius Dionysium eodem fuisse aspectu posterisq; traditum deum hunc cornua gestasse. Edificata urbe sacrificiis institutis dionysio ferunt in primis cum de exercitu oraculum consulisset: responsum a patre traditum: q; propter eius in homines merita immortalis esset futurus. Quare elatus animo primo in egyptum exercitum duxit: eiq; prouinciæ iouem Saturni Rheeq; filium constituit regem adhuc ætate puerum addito ei prefecto olimpo: a quo eruditus & ad uirtutem institutus olimpus est cognominatus. Fertur Dionysium ægyptiis ostendisse uites plantare uinum cõficere ac aliorum fructuum usum. Aucta eius uirtutis fama nulli ei obsistere bello ausi sponte sibi parebant. Laudibusq; ac sacrificiis ut deum colentes. Hoc pacto orbem aiunt peragrassæ domesticis arboribus regiones reddens exultas beneficiaq; populis prebens. Vnde honores perpetuo gratiamq; omnium assecutus est. His rebus cum de cæteris diis uarie homines sentiant solum Dionysii immortalitatem fixam animo tenent. Nemo enim neq; græcus neq; barbarus qui illius beneficiorum gratiamq; fuerit expers. Nam eos quibus aut patria agreitis esset: aut a uinearum usu aliena: poculum ex hordeo conficere docuit paulo inferius uini suauitate. Ferunt eum ex indis ad mare descendentem titanias omnis quicum maximis copiis aduersus Ammonem in cretam transfretarant cæpisse. Acti aduersus Ammonem moto bello iupiter ex egypto Dionysiusq; ac Minerua & alii quidam quos deos dicunt in cretam transcendentes Ammoni subsidium tulere. Inito certamine superior Dionysius omnibus titanias interfectis uictoria potitus est. Postmodum Ammone Dionysioq; ex hominum uita ad immortalitatem translatis iupiter uniuerso imperauit orbi: Sublatis titanias nulloq; eius imperium turbare auso. Hæc primi dionysii ex Ammone Amaltheaq; nati gesta libyi fuisse tradunt. Secundus ex lo. Inachi & ioue genitus ægypto imperauit initiati onesq; monstrauit. Tertium iupiter ex Semele apud græcos genuit priorum uirtutis imitatore. Nam & per omnem orbem exercitum circunduxit: & plura reliquit trophea statuasq; suarum expeditionum testes. Multa insuper loca cultioro plantis arborum reddidit. Mulieres in militiam uelut prior amazones duxit. Circa orgia & iuuiationes multum operæ impendit tum uetera in melius redigens tum quædam ipse adinueniens noua. Cum temporum uetustate priorum gesta inuetaq; multis ignota essent

Titanes

Dionysius

Aristheus  
Silenus  
rex  
zabyrra  
Capes

Rhea  
Iupiter

Ammon  
aries  
Dionysius  
cornua  
Iupiter  
Olimpus  
Vites

Hordei  
uinum

Titanes  
Iupiter

Dionysius

solus hic eorum qui ante se fuerant uirtutē & gloriam tulit. Non autem solum hoc ei contigit: sed her-  
culi quoq; Duo namq; eodem nomine priores fuere. Superiorem Herculem ī aegypto natum ferūt ma-  
gna armis subacta orbis parte in lybia columna posuisse. Secundus cretensis uirtute armisq; nobilitatus  
instituit olimpicum. & tamen ultimum paulo ante bellum troianum ex alcmena & ioue ortum magnā  
orbis partem peragrasse tradunt Euristei imperiō parētem. Qui multis functus certaminum laborib; **Hercū-**  
columnnam in europa erexit. Nominis igitur & rerum gestarum similitudo cum defunctus esset postre-  
mus superiorum illi gesta ascripsit tanquam unus tantum hercules extitisset. plures dionysios fuisse tū  
ex aliis conantur ostendere: tum precipue ex Titanum pugna: qua constat Dionysium contra illos Ioui **Titanas**  
auxilio affuisse. Non enim Titanas Semelis tempora tulere: neque cadmus agenoris olympiū diis an-  
tiquior dicendus est. Hæc a lybiis de dionysio tradita. Nos iuxta ordinem a nobis præscriptum tertiu  
descripsimus librum:

Explicit liber Quartus. incipit Quintus in quo hæc continentur.

Præmiū de his. quæ fabulose apud historicos ferunt: de Dionysio. Priapo: Hemaphrodito & musis:

De hercule. & duodecim eius laboribus cæterisq; ab eo usq; ad uitæ finem gestis.

De argonautis. Medæa. & filiabus pelei.

De pronepotibus herculis.

De Theleo & eius certaminibus.

De septē regibus: qui ad thebas castrametati sunt.

De proauis eorum.

De neleo: & eius pronepotibus.

De laphitis: & centauris.

De æsculapio. & eius pronepotibus.

De asopi filiabus. & æaci liberis.

De pelope. Tantalos: oenomas: & niobe.

De dardano & eius usque ad priamum pronepotibus.

De dedalo. Minotauro. & de minois exercitu aduersus cocalum regem:

De aristeo: daphnide: euridice & de orione.

AVD sane nos fugit uetustarum rerum cognitionem scriporibus ut multis labā  
tur contingere. Nam & antiquiora illa paulum sub obscuram ambiguitatem pre-  
bent scribentibus. & temporum descriptio haud facilis cognitu quandoq; detra-  
hit egētibus fidem. Heroum preterea semideorūq; ac cæterorum uirorum mul-  
tiplex ac uariarum genus non satis exquisite explicari potest. accidit insuper qd̄  
omnium est difficillimum ut de antiquorum gestis fabulisq; scriptores iter se ad  
modum dissentiant. Qua moti re nobiliores qui postmodum secuti sunt histori-  
ci omissis priorū fabulis ad recētiore se historias contulere. Ephorus quippe  
cymeus Socratis discipulus historiam scripturus ueteribus pretermisissis rebus ab  
heraclidarum tempore narrandi exordium cœpit. Callisthenes ac Theopompus: quos eadē tulit ætas  
prisca illa minime attigerunt. Nos secus arbitrati onus sumpsimus prisca res omnis literis mandandi  
Maxima enim plurimaq; heroum semideorumq; tum aliorum excellētium uirorum meritis quorum  
a posteris semideorum heroumq; honores ac sacra impensa sunt egregia facinora extiterunt. Qui ta-  
mē omnes historiae munere laude sempiterna celebrati sunt. Nos quippe tribus superioribus libris ex  
ternarum gentium acta: quæ ue de diis feruntur. Loca insuper singula: & quæ in eis ferre aliq; animā-  
tia ac cætera memoratu digna admiranda ue haberentur rettulimus. Hoc autē libro: quæ a græcis de  
heroiibus semideisq; quos prisca celebrauit ætas tradita sunt: deq; præclaris eorum bello gestis comple-  
ctemur. His adicientes quæ ab illis pace ad utilitatem cultumq; hominum adinuenta: quæ ue sancita le-  
gib; fuere. Initium uero a Dionysio sumetur: quem imprimis antiquum fuisse constat ac maximis be-  
neficiis uitæ mortalium profuisse dictum est superius a nobis barbaros quosdam huius sibi dei genus  
uendicare. Nam ægyptii deum suum osiridem eum esse affirmant: quem græci Dionysium uocant.  
Hunc uolunt omnem circuisse orbem uini repertorem: cum uites plantare docuerit. Quo facto com-  
muni gentium omnium consensu sit illi immortalitas tributa. Inq; quoq; hunc apud senatum ferunt:  
uinūq; usum ab eo hominibus traditum. E quibus licet antea singulati explicauerimus. Nunc tamen quæ  
græci de hoc scribant deo minime uisa sunt omittenda. Cadmum agenoris tradūt ex phoenicia ad per-  
uestigandam europā a rege ea lege missum. ut aut uirginem secum reduceret: aut in phoeniciam non  
rediret. Cum diutius quæsitam ab se uirginem non inueniret postposita patria in boetiam peruenisse  
Vbi cū respōso oraculi thebas condidisset. Armonia postmodū ueneris filiā ī uxore sūpsisse. ex q̄ seme-  
len Ino. Autonem. agauen ac polydora genuerit. Semelē iuppiter ob pulchritudinē ī forma hoīs cogno-  
uit. Quod existimās ab ioue ī sui cōtēptū agi rogauit ut secū put cū iunone assueuerat coiret iuppiter

Hercū-  
les duo

Titanas

h

Epho-  
rus  
Calliste-  
nes  
theopō-  
pus

Osiris  
Diony-  
sius

Cadmo  
Europa  
Thebæ  
Semele  
Ino  
Auto-  
noe  
Agauæ  
polydo-  
rus

Nise an-  
 trum  
 Dionysi-  
 us unde  
 hordei  
 potus  
 libera  
 urbs  
 Trium-  
 phus pri-  
 mus  
 Trieteri-  
 ca  
 Thyrsus  
 Vini  
 usus  
 Cereris  
 inuenta  
 Dionysi-  
 us  
 Sæbafis  
 Boues  
 ad iugū  
 Bacchi  
 cornua  
 Musæ  
 Silenus  
 Mitia  
 Dimi-  
 tor  
 ebrietas  
 Baccus  
 unde  
 Lenæus  
 Bromi-  
 us  
 Diony-  
 sii for-  
 ma du-  
 plex  
 Satyri  
 Musici  
 priapus  
 Osiris  
 partes

dei maiestate assumpta cū tonitribus ac fulgure ad eā descendit. At illa pregnās: cū neq; fulguris neq; to-  
 nitrus uim ferre posset: filiū aborsa igne expirauit. Infantē iuppiter mercurio dedit ad antrū nise: qđ in-  
 ter phoeniciā: nilūq; ē deferēdū a nymphisq; oī studio curaq; educandū. Vnde ab ioue nysaq; Dionysi-  
 um dixerunt. qđ et homerus in hymnis testat: inquiring: est nysa supra montē floridū silua pcula phœ-  
 nitia ferme ægypto fluente. Nutritū a nymphis aiunt. Vini: uineaq; extitisse auctorē. Orbē quoq; fer-  
 me deambulante multas regiones reddidisse domesticas: ac propterea maximis apud oēs honorib; ce-  
 lebratū. Docuisse eos in super quoq; regio uites ferre non posset: potum ex ordeo conficere: quē non  
nuli zitum dicunt. paulū a uini sapore differentē. Exercitum quoq; secum nō tm uiroz; sed et mulierū  
 circūducens nefarios hoīes atq; iniquos merita multauit poena: in boetia iussit in gratiā patriæ om-  
 nes urbes liberas eē ciuitate sui nominis condita: quā & liberā pronunciauit. in indiā cum exercitu trā-  
 scendens trienio post multis cum spoliis in boetiam reddiit. Primus oīum triumphauit elephāto indi-  
 co uectus. Boetii cæteri; græci thraces quoq; in memoriā indicæ expeditionis sacra triaterica sibi in-  
 stituerūt. Vnde & in multis græcis urbibus triennio bacchides mulieres conueniunt: apud quas de mo-  
 re uirgines thyrsū ferunt in honorē dei bacchantes. Eiq; per cætus sacrificantes. Postremo memori-  
 am menadum quæ ferunt illi deo astitisse: hymnis & cantu renouāt. Substulit & oēs impios. qui in or-  
 be erant. Sed maxime pentheū ac ligurgū. Vini inuentio tum propter potus uoluptatē: tum quia cor-  
 pus reddit ualidius grata supramodū mortalibus fuit. Aiunt cū purū in cinis uinum dat: oēs deum so-  
 spitē optare bibēti. Cum uero post cænā aqua mixtū sumitur: iouē uocari saluatorē. Nā puri uini potus  
 ad insaniā redigit. Aqua iouis mixtus uoluptatē letitiāq; affert: & prohibet insaniā. Ferunt in deos re-  
 rum ab se inuentaz; meritis maxime dionysium ac Cererē ab hoibus coli. Alterz; suauissimi potus au-  
 ctorē: alteram ob fruges ab se reptas. Tradit quoq; & alter multa prior etate fuisse Dionysius. Quem  
 aiunt ex ioue & pserpina natum a nonnullis quæ appellatum Sæbafis. huius genus sacra honores quæ  
 ppter pudorē nocturna oculata quæ agunt. Dicit ppter ingenii acū primus boues ad iugum iunxit  
 se. eorum quæ opera frugē iacta semina reddidisse. Qua ex re illum cornibus finxerunt. Ex semele ue-  
 ro natum posteriorē ferunt delitiis deditum molli corpore ac præcæteris decore uoluptatibus insup-  
 ueneris indulgentē in exercitu muliez; copiā circūduxisse armatā hastis thyrsu inuolutis. Tradunt &  
 musas uirgines cum eo. pfectas apprime eruditas. His tum ppter cantus suauitatem tum qā docte pla-  
 lere bonisq; artibus eruditæ erant: deus ille oblectabat. Secutus est ipsum filenus quoq; pedagogus ac  
 nutritor optimoz; q; institutor studioz; qui plurimū Dionysio ad uirtutē ac gloriā resq; bellicas pfuit. ar-  
 mis bellicis in pugna utebat & pardaloz; pelibus pacis tpe in solemnitatibus diebusq; festis uestes flo-  
 ridas molles ac delicatas induebat. Si qñ ex potu bibētis caput agitaret. mitra caput aligabat. uñ & mi-  
 triphoros dictus est. Reges posteri p mitra caput diademate uinciri sunt soliti. Aiunt insup dimytora  
 uocatū: qm ex uno pte duo sūt orti Dionysii & matribus duab; uerz; posteriori prioris ascripta sūt ge-  
 sta. Qua ppter qui postmodū secuti sunt ueritatis ignari noīsq; ducti similitudine unicum extitisse dio-  
 nysium crediderunt Harticā quoq; ex huiusmodi tribuunt ei cā. Cū nouiter reperto uino nondū aqua  
 infundere consueffent: in amicoz; epulis ac festis diebus uinum purz; ad uoluptatē potantes ebrii red-  
 debant. Qua ex re ligneis baculis: quos gestabant: alteri alteros percutientes plurimos: uulnerabant. q;  
 dana peribat ex uulnere. Vt eiusmodi certamina phiberent. dionysius: ut modico uino utq; p fustibus  
 ligneis ferulis uterent: edixit. Plurima ei cognomina ab rebus: quas egit sunt ab hominibus idita. Nam  
 alii bacchum a mulieribus: quæ bacchantes illum sequebant dixere: alii a torculari: quo uinum expri-  
 mit lenæum. Quidā bromiū a tonitru: qui in eius ortu contigit. pinguius insuper ex eadē appellatur  
 cā. Quin et triumphator dicit: q; primus oīum de indis multis cum spoliis in patriā reuersus triumphauit.  
 Aliis quoq; cognominibus: quæ longum esset recensere & alienum ab historia: uocitatus est. Dupli-  
 ci esse uidet forma qm duo dionysii extiterunt. Primus barba pmissa antiquo more barbā nutrientiū  
 fuit. Speciosior posterior iuuenis. & ut fert: delitiosus. Quidā duplicē formā illi tributā uolunt: qm ebri-  
 etas & iracundos efficiat & hylares. Satyros et: quoq; opera in paltatiōe ac tragœdiis oblectabat secū  
 tradunt duxisse. & musarū quidē optimis institutis. Satyroz; uero risu ac ioco Dionysius uitam oēm fe-  
 licē traducebat. Scenicæ præterea artis ac theatroz; inuentorē. Et musicæ certaminum institutorem uo-  
 lunt oēs et qui in exercitu musicis exercerent fecit immunes: quod & posteri instar dionysii feruarunt.  
 Omnes enim musicæ operam dantes immunitate potiti sunt. Et de dionysio ne modū excedat oratio  
 hæctenus. Nunc. quæ de priapo tradunt. sunt enim dionysii rebus contigua se infert scribendi locus. Fa-  
 bulant antiqui filium dionysii ac ueneris priapum fuisse ducti uero satis simili coniectura: q; qui uino  
 indulgeant sunt natura ad ueneris promptiores. asserunt nonnulli pfcos illos cum uellent hominū pu-  
 denda occultius nominare priapum dixisse. alii genitalia dicunt. cām eē hoīum generationis: propterea  
 que semper extitisse immortalī honore celebrata: Aegyptii de priapo scribentes: olim titanaz; aiunt osi-  
 ride ab se dolis interfecto corpus eius in æquas partes diuifisse. Isq; domo clam elatis partem pudendā  
 in flumen cum singuli eam respuerent abieçisse: isidem postmodum ultam uiri mortem in titanib; oc-  
 cis uiri corpus inquisisse partēsq; repertas cum in formam hominis composuisset sacerdotibus tra-  
 didisse sepeliendas: utq; ueluti deum Osiridem colerent imperasse. Sola pudenda nō reperta pro deo  
 coli: inque templo suspendi iussit. Hæc de priapi genere: deque eius honore. ab antiquis egyptiis traditū

Hunc deum quidam Thyphalum alii thyphonem nominant. Nō solum autem in urbium tem-  
 plis: sed in agrestibus quoq; locis tanq; uinearum atq; ortorum custos colitur fructuum fures castigās  
 Nō solū at i cerimoniis quæ dionysio impenduntur: sed & in reliquis ferme aliis huic deo sacra cum  
 risu & ludo fiunt. Simili ortu fuisse qdā existimāt hermaphorditum: quem ex mercurio ac uenere ge-  
 nitum utriusq; parentis nomen cepisse ferunt. Hunc deum esse opinantur promiscua uiri ac fœmie  
 natura. fuisse quoq; & specie mollitiæq; corporis feminæ similē & opera exercuisse uiri. Quidā eius  
 modi partus asserunt naturæ nostræ: quæ raro fiant: atq; aliquid tum bonum tum malum portendāt  
 Quoniam uero musarum in dionysii gestis meminimus: uidetur nunc de his diligentius scriben-  
 di tempus. plurimi & hi presertim. qui probantur scriptores tradunt: eas iouis & memoriæ filias  
 pauci ex poetis in quibus est alcmeon filias esse cocli ac terræ aiunt. in numero quoq; dissentiunt: nā  
 quidam tres: alii nouem asserunt extitisse. Verum nouem numerus inualuit: his comprobantibus qui  
 habiti sunt: homerum dico atq; hesiodum cæterosq; eiuscemodi cæteris prestantiores. Homerus. n.  
 ait musas nouem esse pulchritudine eximia. Hesiodus etiam recenset nomina. Clio: Euterpe: Thalia  
 Melpomene: Terpsichore: Erato: Polimnia: Vrania: Calliope: quæ omnibus est nobilior. Harum cui  
 libet sua officia tribuunt eorumq; ad musicæ artem spectant. Veluti poeticam melodiam saltationē  
 choreas astrologiam reliquasq; doctrinas. plures asserunt eas fuisse uirgines: quoniam uirtutis disci-  
 plina incompta esse uideatur. Musas eo uolunt cognominatas: q; homines bona utiliaq; docent: &  
 quæ ab indoctis ignorantur. Nomina cuiq; a proprio munere tribuerunt. Nam clio propter gloriam  
 quæ ex poetarum laudibus oritur dictam uolunt. Euterpen propter uoluptatem quæ ab audientib;  
 quæ honesti eruditione precipitur: Thalam q; in longum tempus poetarum laus parta uirescat. Mel-  
 pomenen a melodia: qua audientes demulceantur. Terpsicoren eo q; audiētes oblectat propter bo-  
 na quæ proueniunt ex doctrina. Erato q; docti homines ab omnibus amentur. Polymniam: quoniā  
 cantus suauitate poetas reddit gloria immortales. Vraniā: q; uiros ad eruditos coclum tollat. Gloria  
 enim ac sapientia eleuat animos ad cœlestium contemplationem. Calliopen q; cantus suauitate cæ-  
 teras antecedens magni ab auditoribus extimetur. Posteaq; de musis rettuli: nunc gesta herculis recē-  
 seamus. Neq; uero me latet magna in difficultate uersari: tum ueterum rerum: tum præcipue operū  
 herculis scriptores. Ea enī fuisse amplitudine singuli fatentur: ut omnium quæ memoria hominum  
 complexa est gesta superare uideatur. Difficile quippe est pro dignitate rerum eius acta scribere: atq;  
 ea: quæ tanta magnitudine extitere: ut immortale præmium mereantur æqua factis oratione pro-  
 sequi. Nam cum propter uetustatem admirationem quæ rerum multi haud facile crederent scriben-  
 tibus: necesse fuit in his quæ maxima habebantur pretermittere quædam: ne omnia scribendo histo-  
 riæ parum fidei haberetur. Nonnulli enim legentium haud recto iudicio usi nimis exquisite atiquas  
 res ex his: quæ nunc geruntur perpendunt existimantes herculis uirtutem ex nostrorum hominum  
 imbecillitate. Ita rerum gestarum nimia magnitudine moti haud quaq; historicis crediderunt. Verū  
 in priscais illis rebus ac fabulis similibus non oīo ad quadram ueritas peruestiganda est. Etenim i the-  
 atris licet sciamus Minotaurum forma qua fertur minime extitisse: ne tricopore gerionem: tamen  
 pro ueris eas fabulas ducimus: fauoreq; eius dei honores augemus. Et sane pinguum uidet: cum her-  
 cules: dum uixit orbis monstra suo labore perdomuerit: homines tatorum beneficiorum immemo-  
 res eius laudi claris operibus parte calumniando detrahere. Cumq; posterī propter ipsius uirtutis ex-  
 cellentiam communi omnium consensu immortalitatem illi tribuerint. Nos neq; traditam quoque  
 a patribus erga illum deum pietatem seruare. Verum his post habitis opera eius ab initio exponē-  
 mus tum poetarum tum scriptorum antiquissimos imitati. Ex danæ acrisii ac ioue natum persea fe-  
 runt. Ex eo andromedaq; cephei lectriorem. Is deinceps sumpta euridice pelopis Alcmenam pro-  
 creauit. Hanc dolo iuppiter: cum cognouisset herculem genuit. hoc pacto herculis parētum genus ad  
 maximum referunt deorum. eius uirtutem non solum ex operibus spectare licet. sed etiam ex gene-  
 re louem enim ferunt tres noctes in unam redactas alcmenæ operam dedisse maximum futuri colo-  
 ris inditium. Tantum temporis in eo puero creando impensum. Quod non amoris cupiditate put  
 in aliis mulieribus contigit factum est: sed pueri gignendi gratia. Itaq; nolens ui Alcmenam aggredi:  
 neq; fidens posse illi coitum ob eius prudentiam persuadere: dolo mulierem aggressus est. Amphitri-  
 onis forma assumpta. Adueniente partus tempore iouem diis astantibus prædixisse ferunt: ea die pu-  
 erum: qui nasceretur se perfidorum regem facturum. Quib; uerbis mota iuno lucinam filiam iussit  
 comprimere alcmenæ partum. Euristeum ante tempus in lucem educere. iuppiter licet consilio fru-  
 stratus quod prædixerat ratum: & herculis famam clarant esse uolens. dixisse iunoni ferunt permit-  
 tere se Euristeum. ut prædixerat regem esse: herculemque ei subici uelle: duodecim quoq; certamina  
 ab eo perfici. quæ Euristeus mandasset. Quibus consumatis fieret immortalis. Alcmena post partū  
 iunonem uerita puerum in loco exposuit: quem nunc ab eo herculeum campum dicūt. Quo tempo-  
 re minerua una cum iunone profecta cum infantis naturam admiraretur iunoni suasisit: ut illi māmā  
 preberet. Quapreter ætatem uiolentius sumpta iuno dolore mota puerum abiecit. Minerua illum  
 matri detulit nutriendum. Mirabitur merito quis rem desuetam accidisse: ut mater: quam ad filioꝝ  
 amorem natura compellit ex se natum perditū iret: nouerca. quæ natura odisse priuignos solet igno-

Thypha-  
 lus  
 Typhō  
  
 herma-  
 phrodi-  
 tus  
  
 Musas  
 nume-  
 ris  
 Clio  
 Euterpe  
 Thalia  
 Melpo-  
 mene  
 Terpsi-  
 chore  
 Erato  
 polym-  
 nia Vra-  
 nia  
 Callio-  
 pe  
 herculis  
 gesta  
  
 perseus  
 lectri-  
 on  
  
 Alcmea  
 hercules  
  
 lucina  
 euristhe-  
 us  
  
 hercule-  
 us capus

Draco-  
nes duo  
Alceus  
heracle-  
tis  
Amphi-  
trion  
Thebæ  
eriginus

Chreon

Chreon  
Mega-  
ra  
euristhe-  
us

Iolaus  
Leo ne-  
means  
Triton  
Hydra  
Sagittæ  
Aper-  
aryman-  
theus

pholus  
Centau-  
ri  
daphnis  
Argeus  
Amphi-  
on  
hipotiō  
Orios  
Iloples  
Malan-  
chetes  
Tereus  
Drepos  
phryxus  
Oma-  
dos  
pholus

rans saluare infantem. iuno deinceps duos dracones ad perdendum misit puerum: quos ille utraq; ma-  
nu faucibus apprensos strangulauit. Vnde illum argui: quoniam iunonis opera gloria esset adeptus  
cum antea alceus uocaretur heracleum dixere. Reliquis imponuntur a parentibus nomina: huic soli  
uirutis nomen dedit. interim Amphitriō ex tirintho pulsus thebas concessit. Hercules antea educa-  
tus optime certaminum quoq; exercitio deditus: & corporis robore excelluit & animi uirtute. Aduc  
ephebus primum ad liberandas e seruitute thebas operam impendit tanquam patriæ gratias reddi-  
turus. Erant subditi thebani Erigino minorum regi superbe ab eis anis singulis certum tributum exi-  
genti. Sed minime ueritus imperantium uires rem aggressus ē memoria dignam. Omnes qui ad exi-  
genda tributa missi erant male multatos e ciuitate expulit. Erigino eius rei auctorem dari sibi postu-  
lante chreon thebanorum rex illius potentia territus paratus erat seditionis tradere auctorem. At her-  
cules comparatam adolecētium manum ad libertatem patriæ cohortatus arma ex deorum templis  
progenitorum spolia diis affixa ad belli usum deprompsit. Nulla enim priuatim in urbe erant arma:  
sed singuli regis edicto: ne desicerent adempta. Audiens postmodum hercules Eriginum cum exer-  
citu appropinquare urbi obuiam cum militibus egressus in quodam angusto aditu ubi paucis pugna  
di locus erat regem adortus: prælio uictum occidit. omni illius exercitu deleto ex temploq; ciuitatem  
orchomeniorum captam minorum prius incensa regia euertit. Ad quarum rerum famam per uni-  
uersam græciam dispersam stupentibus omnibus creon rex admiratus adolecentis uirtutem filiam  
illi Megaram nuptui despondit: urbis ueluti filio curam permisit. Euristeus habens argis regnum no-  
ta herculis fama cum ad perficienda certamina arcessit. Renuentem iussit iuppiter Euristeo obtem-  
perare. At is delphos adiens consulto super his deo responsum tulit ab diis iniunctum esse: ut euristei  
iussu duodecim certamina perficeret: quibus transactis immortalitate potiretur. ea ex re haud parū ē  
commotus animo hercules. Nam & sua idignum uirtute uidebatur humiliori seruire. & ioui & patri  
non obtemperare tum inutile tum impossibile ducibat. Hac anxietate perplexo animo iuno rabiem  
iniecit. Itaq; in insaniam amentiamq; uersus iolaum occidere uoluit. Quo fugiente filios: qui prope  
megaram habitabant sagittis uelut hostes appetiit. Paulatim abscedente dementia preteritum reco-  
gnoscens facinus doluit ex tanta calamitate: Cum singuli una eius malo mœrent diu quieuit domi fu-  
giens hominum consortia & consolationes. Tandem tempore dolorem mitigante paratus ad subeū-  
da pericula ad euristeum uenit. A quo primum imperatus est nemei leonis interficiendi labor. Hic p-  
termodum ingens. & qui neq; ferro: neq; ære: neq; lapide uulnerari posset manibus necessario erat  
occidendus. Verfabatur is maxime inter Miceas ac nemeam siluam circa montem: quem a casu tri-  
tonem dixerunt: Huius in radicibus aderat spelunca: ad quam diuertebat belua. hercules cum ad locū  
accessisset refugientem in speluncam insecutus feram altero aditus ore obturato manibus leonem  
comprehensum suffocauit. Detractam pellem corpori tegumentum ad futura pericula circumdedit.  
Secundum ei certamen additum fuit. interitus hydræ lerneæ: ex cuius corpore centum prodibāt fer-  
pentum capite ceruices. Quarum singulis cæsis duæ renascebant: ob eam quæ rem minime uinci ui-  
debatur posse: cum pars amputata ualidior redderetur. Hanc difficultatem arte supernas iolaum mo-  
nuit: ut euestigio incisam ceruicem face lignea: ne efflueret sanguis: inureret. hoc pacto superata be-  
lua sagittas suas eius sanguie tinxit: quo illarum uulnus mortiferum redderetur. Tertius extitit labor  
datus: ut aprum erimantheum arcadiæ uastantem agros uitium afferret. Quod mandatum admodū  
difficile uisum est. Oportebat enim cum eo pugnantem adeo uiribus ualidum animoq; prouidum es-  
se ut in bestię congressu caueret ne elapsa manibus dentium discrimen subiret neue ui perimeret ar-  
ctius constrictam: hoc arduum factu cēlebat: sed ea prudentia certauit: ut bestiam uiuam super hume-  
ros ad euristeum afferret. Qua conspecta timore ductus rex in æreo se uase abscondit. His actis her-  
cules centauros ob hanc causam expugnauit. pholus era centarus a quo propinquus mons dictus est.  
Hic hospitem herculem cum domi suscepisset defossim antea uini dolium extulit. hoc tradunt cuidā  
centauro olim a dionysio datum: impetratumq; ut tunc uinum proferet: cum adesset hercules. Quar-  
ta postmodum progenie solum uerborum Dionysii memorem uini dolium aiunt ob herculis hono-  
rem refferasse. Verum eius odor tum uetustate uini. tum uirtute ingens ad propinquos centauros de-  
latus ebrios reddidit: Vna igitur domum pholi magno ingressi tumultu ad rapinam uersi sunt. pho-  
lus timens cum se abscondisset: solus hercules illis obstitit. Pugnandum erat cum his. qui ex matre dii  
erant: quibus equorum uelocitas robur biformis corporis hominum prudentia inesset: cētauri pars  
tædis ab radice auullis. pars magnis saxis quidam accensis facibus: alii securibus ingentibus certabant  
hercules intrepidus pro dignitate ab se gestorum pugnam subiit. Iuuat in hoc eos bello mater nebula  
maximum hymbrem infundens qui haud nocuit quadrupedibus: hominibus uero solum lubricum  
fecit. hoc auxilio fultos centauros hercules tamen superior multis eorum peremptis: reliquos in fugā  
uertit. ex defunctis clariore erant. Daphnis. Argeus. Amphion. hippotion. Orios. Iloples. Malan-  
chetes. Tereus. Derpos. Phryxus. Qui uero aufugerant meritam deiceps poenam dedere. Omados: qui i  
archadia alcioni euristei sorori uim attulerat. peremptus ē. Qua i re herculis uirtutē admirati oēs sūt  
qui & illum ut hostem priuatim odit: & iniuriam sit mulieris uultus: uerum cum pholus centauros q  
in pugna ceciderant ut cognatos sepeliret. contingit: ut sagitta a quodam euulsa se ipsum feriret: quo

uulnere cum curari nequiret obiit. Hunc hercules magnifice sepeliit sub monte. quæ res ei gloriosior omni columna cecidit. Ab ipso enim mons absq; alio epigrammate pholos cognominatur. Nā mōtis cognomen: qui pholos dicitur non epigramma aliquod sepulti nomen representat. Eodem modo & chyronem arte medicinae peditum inuitus sagitta occidit. Deinceps mandatum herculi est. ut aureis cornibus ceruam uelocitate eximiam captam adduceret. Hoc certamen absoluit ingenio. qđ non inutilius habetur corporis uiribus. Hanc retibus quidam captam aiunt. Alii indagine absq; labore deprehensam esse dormientem. Nonnulli continua fessam in persecutione esse captam uolunt. Quod certamen non ui aut periculo est: sed ingenio consummatum. Cum mandatum preterea herculi esset: ut aues Ex strophalida palude pelleret: arte ac prudentia facile iniunctum laborem perfecit. Expulsis auibus. quæ innumera multitudine etiam finitimarum regionum fructus uastabant. Vi superari non poterant. propter ingentem numerum. ingenio opus erat. Tabulam ergo æneam parauit: quæ repercussa ingenti sonitu uolucres timore ad fugam compulsi longinquam. Quæ ex re paludem ab auium molestia exemit. Post hæc in herculis contemptum præcepit Euristeus: ut aulam egei nemine iuuante purgaret. Hæc per multos annos contractis sordibus fimoq; repleta erat. At ille ad effugendam contumeliam humeris aulam mundare horruit. Sed pignione flumine supinducto cursu eius aulam purgauit absq; ignominia una die opere perfecto. Miranda profecto herculis prudentia: qui q; per ignominiam superbe imperatum erat: in laudem uertens nil idignum egit immortalitate. Suscepit deinde onus tauri ex creta: quem phasiphæ amabat deducendi. Eo in insulam nauigans minois regis auxilio taurum in peloponnesum longum profecto maris iter deduxit. his actis olympicum instituit certamen locum optimum existimans ad tantos hominum conuentus campos iuxta alpheum flumen fitos. Ibi hæc certamina ioui patri dedicauit coronatus. Quoniam & ipse quoque bene & hominum genere absq; premio esset meritis. Ea uero certamina q̄q; iuicem diuersa absq; pugna euicit nullo propter singularē eius uirtutem secum congregari auso. Nam pugiles aut panchratiastes superare eos qui in stadio certant difficile est. Arduum item est illos: qui leuibus certaminibus excellant: cū his: qui in grauioribus uersati sunt contendere. Merito igitur omnium hoc ab hercule institutum certamen habet præstantissimū: qđ ab optio uiro principiū sumpsit. Nō uidet̄ at̄ dona ommittēda a diis herculi ob uirtutē tributa. nā cū ex belli laboribus ad regē se ac hoīum cæsus diesq; festos cōtulisset deus qlibet fuisset eū mūeribus ornauit: pallas pepłū: clauā ac thoracē uulcanus dedit: uterq; insigne suæ artis opus. nā altera rem ad usum pacis uoluptatemq; concessit. alter ad belli pericula euitanda. Neptunus insuper equos donauit. Mercurius ensem. Appollo acru: quo & uti docuit. Ceres ad expiandam centauroꝝ cedem quædam parua mysteria celebrare monstrauit. Rem precipuam circa huius dei genus licet ad uertere. Iuppiter primam mortalem scēminam nioben phoronei cognouit: Vltimam semelen: quā sextamdecimam a Nyobe scriptores genitam tradunt: a cuius primum maioribus gignere homines cœpit: in eaq; ipsa deliit. Post hanc nullius appetiit concubitus mortalis neminem sperans huic similem fore: nolensq; melioribus immiscere deteriora. postea circa insulam palenen gigantibus bello celestes lacescentibus hercules pro diis pugnans multis ex hostibus interfectis maximam gloriam adeptus est. Iuppiter eos qui sibi asiterant deos tantū olympios appellauit: ut hoc cognominis honore bonus a malo internosceretur. Eodem quoque cognomine solum Dionysium herculem q; ex mortali bus foemina ortos dignatus est: non solum quia ab se nati erant: sed propter parem uirtutis emulationem: cum uterq; multis mortales beneficiis affectisset. Iuppiter prometheum: q; hominibus ignē dederat uinculis alligauit aquila prope posita: quæ illius iecur depasceretur. hanc hercules illius miseratus poenam: qui ob beneficium hominibus impensum plecebatur sagitta peremit. Iouisq; iram mitigans benefactorum socium exemit a cruciatu. Labor deinceps ē ei iniunctus diomedis thracis equos deducendi. Erant equorum præsepia ob equorum feritatem ærea: ferreis cathenis equi uiribus preualidis uinciebantur. Cibis alebantur non his: quos terra ferat: sed hospitum eo diuertentium carnibus hos cupiens hercules abducere primo diomedem cepit. deditq; suo exemplo equis comedendū. Mansuetiores deinde factos ad seq; adductos. Euristeus iunoni sacrauit. Quorum genus usq; ad Macedonem alexandrum permansit. Cum iasone postmodum ad uellus aureum rapiendum nauigauit in colchos: sed de argonautis posterius dicitur. Acceptis insuper ab euristeo mandatis hercules: ut cingulum hippolytæ amazonis afferret: aduersus eam cum exercitu profectus: ad euxinum portum nauigauit. Ac per ostia termodontis fluii ingressus prope Themiscyram: ubi amazonum regia erat: castra posuit. Primo cingulum ab eis postulat: sed ubi renuentes intellexit: armis agendum censuit. Amazonibus exercitui herculis oppositis quæ nobiliores bello erant: herculem solum acri certamine appetiuerunt. & primum Aella. quæ ex uelocitate id nomen traxerat. cum uelociorē se reperisset pugnas ocubuit. Secunda philippis euestigio in primo congressu unico uulnere cecidit. post hanc parthoes: quam septies ex prouocatione hostem superasse aiebant inita pugna est interempta. Quartam deinceps euribiā: quæ bellicis rebus expertam fortitudinem præ se ferens aliorum auxilium renuebat: opinionē deceptam cum fortiorem offendisset hercules interfecit. Dehinc celeno euribia phœbes Artemis uenatrix ab eo peremptæ. post has deianiram Asteriam Marpen Thermessam Adippē de uicit. Quæ cum uirginitatem seruare iurasset iusurandum seruauit. Vitam nequaquam saluare po-

Chyros  
Cerva  
aureis  
cornibus  
Stymphalides

Aula

Taurus

olympicum  
certamen  
herculis  
dona  
Claua  
Ensis  
Arcus  
Niobe  
Semele

palene  
Gigantes  
Dionysius  
hercules  
Prometheus  
Diomedes equi  
hippolyta  
Themiscyra  
Amazones  
Aella  
philippis  
parthos  
Euribia  
Celeno  
phœbes  
Artemis  
Deianira  
Asteria

tuit. Menalippe quæ amazonibus præerat precipua excellens fortitudine imperitum abiecit. Heru-  
 les clarioribus sublatis multitudinem in fugam uersam insecutus amazonum gentem deleuit. Ex ea  
 prius Anthiopen theseo largitus est. Menalippæ sublato baltheo salutem dedit. Decimus deiceps la-  
 bor ab euristeo herculi iniunctus: ut gerionis boues: qui in hyberia loca uersus oceanum sita pascebā-  
 tur ad se deduceret. Hercules sciens hunc laborem magni difficultis quæ esse certaminis: exercitum præ-  
 parauit huic aptum expeditioni. Vulgata erat per orbem fama chryseum hoc enim a diuitis nomen  
 traxerat: qui uniuersæ hyberia imperaret tres habere propugnatores filios tum robore corporis: tum  
 armis egregios exercitum præterea cuilibet fortissimorum militum esse. Quarum rerum gratia mo-  
 tus euristeus existimans eam fore difficilem expugnationem hoc herculi certamen indixit. At ille pri-  
 orum ab se gestorum memor fidenter id periculum adiens exercitum in certa coegit existimans in-  
 de facile se copias traducturum. Optime enim sita insula est: ex qua in uniuersum orbem exercitus edu-  
 ci possit. Verum antea herculi cretenses cumulatissimos honores impenderant: quibus ductus in hanc  
 gratiam omnem feris: beluis insulam ita purgauit. ut nullum agrestius animal in ea deinceps neque  
 ursus neque lupus neque serpens neque aliud quid simile sit reperitum. Hæc ideo merita in insulam cõ-  
 lit: quod iuppiter ibi natus altusque fuerit. Ex ea igitur in libyam nauigans. Antea primo corporis robo-  
 ac palestra præclarum: multos enim externos secum certamine congressos occiderat: ad pugnam pro-  
 uocatum peremit. Tum in libya feris beluis plena nonnullas quas subegit oras ita domesticas reddi-  
 dit: ut agrorum cultura plantis fructiferis utibus oleis fertiles redderentur. ita libyam antea ob feras  
 multiplices infestam ac desertam adeo habitabilem cultamque prebuit: ut nulli alteri regioni cæderet  
 felicitate. Eodem pacto fœlestis nefariis quæ hominibus superbia isuper elatis præcipibus morte sub-  
 latis urbes reddidit felices. Tradunt herculem adeo feras bestias hominesque impios odisse atque oppu-  
 gnasse: quod serpentes se adhuc infantem interficere uoluissent: quod uir factus imperium subiecit super-  
 bi atque iniusti domini ea certamina imperantis. Post anthæi mortem in egyptum transiens busiridem  
 occidit regem hospitem cæde ad se accedentium crassantem. Cum transisset loca arida libyæ inuento  
 ubere solo urbem condit a multitudine portarum quæ in ea erant centum portarum appellatâ: eius  
 urbis status usque ad posteriora permansit tempora quibus cartagineses maximis copiis urbem ab se  
 expugnatam cœpere. Peragrata maiori libyæ parte hercules ad oceanum: qui est ad gades peruenit.  
 Ibique ab utraque continentes parte columnis positus in hyberiam cum exercitu transit. Chrysaureus filius  
 os tribus magnis exercitibus fidentes singulari prouocatione sustulit. Cepta hyberia greges bouum secum  
 adduces iterque per hyberiam faciens. Cum quidam eius gentis rex uir iustus præceteris ac probus  
 eum magno honore excepisset: partem bouum regi dono dedit. Quos ille herculi dicans singulis an-  
 nis ex his pulchriorem illi thaurum sacrificauit. Hos sacros in hyberia boues usque ad nostra tempora  
 constat perseverasse. Postque columnarum herculis meminimus uidetur de his amplius paulo dicen-  
 dum. Montes ab utroque latere continentis mari oceano inminent. In quibus statuit columnas. Cupi-  
 ens autem sempiternum sui nominis monumentum esse aiunt utrumque montem congesta humo adeo  
 ampliassse ut oceani maris aditum ante inter utrumque continentem latum arctiorem longioremque re-  
 deret. Quo magna cate in nostrum pellagus adire nequirent. Vtque ad posteros perpetua eius operis  
 gloria maneret. Tradunt alii coniunctis prius montibus ab eo effossis paruum oceanum ad nostrum  
 mare factum. Verum hæc cum singulis liceat ex uoluntate credere extimationi hominum relinquenda  
 sunt. Sed tamen antea huic simile opus in græcia effecerat. Nam a locis quæ tempe appellantur: ubi  
 late stagnabat in campis aqua: ducta fossa aquam deduxit. Thessaliae circa peneum fluium campos  
 fertiles prebens. In boetia secus egit. Nam alueo Minei fluminis effosso omnem regionem stagnan-  
 tem inutilemque reddidit. Sed thessalie opera in græcorum gratiam acta sunt. Aduersus uero boetios  
 impenam mirigadam urbem incolentium ultionemque quos illi in seruitutem redegerant thebanorum  
 hyberorum regno optimis eius regionis uiris tradito cum exercitu in celiticam galliam profectus est  
 omnique peragrata prouincia infandum interficiendorum hospitem morem sustulit. Cum ingens ex  
 omnibus gentibus eum exercitus sequeretur: urbem condidit amplam: quam appellauit. Alexiâ plu-  
 rimis ex propinquis incolis sponte in ciuitatem confluentibus: qui cum reliquam multitudinem  
 superaret uestigio urbs ad barbaros mores defluxit. Hanc urbem celtæ et nunc in honore hant tamquam omnis celti-  
 cæ metropoli. præfuit hæc urbs ab eius conditor hucusque libera ac sui iuris: postmodum a. C. Cæsare: qui pro-  
 res gestas deus dictus est: uir capta romanorum ipso cum aliis celtis cæssit. Ab his hercules in italiâ tædês iterque  
 per alpes faciens ita difficilem aditu aspæque uiam strauit: ut postea exercitibus cum iumentis impedimentisque  
 facile iter esset. Barbaros montanos infestos transeuntibus latrocinisque assuetos occisis eorum du-  
 cibus deleuit posteris reddita itineris securitate: transcendens alpes & eam quæ nunc galatia uocatur  
 per ligusticos transit patriam asperam ac omnino duram: multoque etiam incolarum labore ac stu-  
 dio paucos ferentem fructus. Qua ex re robusti homines sunt ualidique corpore. Cibi enim pauca  
 te colendorumque agrorum labore agiles ac leues existunt: & in bello uiri precipue fortes. Hic cum  
 ultra cæteros continuo agrorum exercitio fatigentur: & foeminas quoque rustico operi assuefecerunt.  
 Operis tum uirorum tum mulierum inuicem pretio conductis: mirabile nostris unius foeminae factum

Marpe  
 Thermi  
 sa  
 Adippe  
 Mena  
 lippe  
 Antro  
 pe  
 Gerio  
 nis bo  
 ues  
 Chryse  
 us  
 Cretæ  
 bona  
 Anthæ  
 us

Buseus

hecaton  
 polis  
 Gades

gerionis

Hercu  
 lis colu  
 næ

Tempe

Mineus

Alexia

Alpes

ligures

puerpe  
 ra



contigit: Quæ pregnantis cum uiris opus mercede faciens ingentibus partus doloribus abscessit iter uirgulta: ibiq; absq; eiulatu infantem editum foluisq; inuolutu cum abconditū dimississet ad opus nihil de partu locuta rediit. Sed re ad uagitum infantis cognita: qui operibus præerat non permisit matrem a labore quiescere: donec tadē infantis misertus prebita mercede mulierem dimisit. hercules li- guribus ac tyrenis relictis ad Thyberim fluuium: ubi nunc roma est. multis postea seculis a romulo martis filio condita peruenit. Tenebant tunc ab origenes: quod nunc palatium appellant urbem pe- nitus parualam incolentes. Inter præstantiores potitius & pinarius erant: qui herculē ut hospitem ma- gno honore donisq; susceperunt. Horū uiroꝝ monumenta usq; ad hanc ætatem romæ permanent. Nā inter nobiliores habentur pinarioꝝ tanquā uetustissimū genus. potitiorum in palatio cocleæ descen- sus est lapidæ. Ab illo potitia dicta ppinquo domui. que tunc potitii fuit. Hercules ad honorem sibi a palatinis impensum dixisse fertur: eos qui sibi postquā ad deos translatus esset decimā bonoꝝ dica- rent uitam felicem uicturos. Quod & euenisse usq; ad hoc tempus constat. Multi enim romanorū nō solum mediocri censu sed qui ditissimi sunt habiti: decimas herculi uouerunt. posteaq; fortunatiores facti bona sua ad quattuor talentorum milia herculi sacrarūt. Lucullus romanorū ferme ditissimus ex- timatis bonis decimā herculi partem dedit: epulas prebens continue ac profundens multa. Templum insuper iuxta thyberim egregium herculi condidit romani: in quo ex decimis sacra deo offerunt. Deinde a thyberi profectus per lictus italiæ ad Cumeum deuenit campum. in quo tradunt fuisse ho- mines admodū fortes & ob eorū scelera gigantes appellatos. Campus quoq; ipse dictus flegræus a col- le: qui olim plurimum ignis instar ætne siculi euomens nunc Vesuuus uocatur multa seyuans ignis antiqui uestigia: Cognito herculis aduentu gigantes instructis copiis omnes ei obuiam profecti sunt Acricq; cōmissa pugna: pollebant enim uiribus. ferunt diis adiutoribus superiorem herculem pluribus illoꝝ interfectis eam regionē omni feritate purgasse. Traditur gigantes terra dici genitos propter corporū ingentem molem. Hæc de gigantibus qui in phlegra deleti sunt: a nonnullis: quos Timeus re- rum scriptor sequitur: feruntur. Ab his locis uersus mare profectus opus exegit iuxta stagnum. quod auernum appellant: inter misenum ac dicearceos prope calidas aquas proserpinæ lacrum. Eius am- bitus stadium est quinque profunditas incredibilis: ut cum sit aqua clarissima: cerulea uideatur. Fe- runt in eo prisca temporibus quod postmodum fieri desit inferns euocari solitos. Effluente in mare stagno ferunt herculem exaggrata terra fluxum clausisse: uiamq; desuper iuxta mare factam hercu- leam postmodum esse uocitatam. Hinc digressus peruenit ad quandam in agro posidoniatorum pe- tram: ubi fabulantur miraculum quoddam accidisse. Erat uenator in regione: quæ dicitur andraga- thia solitus antea eorū quæ coeperat capita: ac pedes dianæ dicata arboribus affigere. Cum aprum in- gentem coepisset contempta dea ait: se caput solum dicaturum. arboriq; cupiam iuspenso. cui meri- dianum æstum deuitans sub arbore quieuisset in somnum incidit. tum ligaculo sua sponte dissoluto ca- put decidens hominem peremit. Non admirabuntur id factum fortasse homines: cum sit memoriæ traditum: hanc deam multos iam impios merita poena multasse: At uero herculi secus ob pietatem contigit. Nam cum ad fines reginorum ac locrensiū peruenisset: de qua uia fessus quiesceret: cicada- rum strepitu pertesus deos orasse fertur: ut eas inde ammouerent. Exaudita prece non solum tūc sed postmodum cicadæ nunquā sunt in his locis repertæ. Ad mare deinde cum descendisset apprimē an- gustum ut pote tredecim stadiis latum sicut Timeus asserit boues quidem nando in siciliam appulere Ipse cornu bouis in mari traiecit: Cupiens autem circuire siciliam a peloro ad ericem cum per- uenisset perambulanti lytus ferunt nymphas ei calidas aquas in requiem corporis parasse: quæ cum duplices essent: hæmerta & geptæ alteræ a locis sunt denominatæ. Appropinquantem suæditionis locis herculem ad palestram prouocauit. Erix ueneris ac butæ eius ore regis filius. Orta premii contē- tione: cum erix patriam: hercules premium certaminis boues offerrent: indignatus primum. Erix di- citur boues minoris existimationis suæ regioni comparari: herculem uero respondisse boues sibi plu- ris esse: quibus si priuaretur immortalitatem esset amissurus. His aquiescens erix in eo certamine ul- tius patria spoliatus est. Eam postmodum incolis liberam ea conditione dedit. ut fructibus illius frue- rentur quoad aliquis ex suis posteris ad ea loca transfiret. Quod & ita contigit. Multis enim postea se- culis dorieus lacedemonius ad siciliā nauigans ea regione recepta heracleā urbem condidit. Quæ cū breui creuisset opibus cartaginenses tum inuidia tum timore ne quando uiribus aucta phœniceorū imperium deleret magnis copiis ad se obsessam captamq; euertere. Sed de his suo loco scribetur la- tius. Circundata sicilia cum ad loca: ubi nunc sunt syracusæ. peruenisset: auditis quæ de proserpinæ ra- ptu feruntur: & deabus illis sacrificauit: & in Cyane præstanti forma illis taurum dedicauit. Accolas insuper quot annis sacra proserpinæ facere ac in cyane dies festos agere sacrifq; deam colere docuit Deinceps per mediterranea iter cum bobus faciens ficanos ei instructo exercitu obuios commis- so acri certamine deuicit multos ex hostium numero cæsis: in quibus dicuntur quidam præclari duces qui usq; ad hoc tempus herorū honores assecuti sunt occubuisse. s. Leucaspis pedicrates: Buphonus: glychataf buteus: & crytides. post hec per leontinum agrum pergens pulchritudinem eius regionis admiratus apud eos: a quibus honore exceptus est: æterna sui reliquie monumenta. Agirenei

Puerpa

Roma  
Potitius  
Pinarius

Decima  
herculus  
lucullus  
ditissimū  
Herculis  
templū  
gigantes  
phlegræo  
campus  
Vesuuus

auernus  
inferorū  
euocatō  
andraga-  
thia  
Aprica  
put

Cicada  
rū filitū  
herculus  
traiectus  
Eritis pu-  
gna

heraclea  
proserpi-  
na

leucaspis  
Pedicra-  
te  
Bupho-  
nus  
glycha-  
tas  
Buteus  
crytides

uelut olimpios deos festis diebus sacrificq; herculé coluere: & licet antea id phibuisse: tunc tamen pri-  
 mum suadente demonio tãq; immortalitatis presagiũ id fieri passus est. Cũ haud procul urbẽ iter sa-  
 xosum esset: boues saxis tãquã ceræ uestigia impresserunt. Quod simile & ipsi herculi cum accidisset  
 existimãs decimo iã cõsumato labore aliquid sibi imortalitatis deberi impensa sibi annua ab incolis  
 sacra libens accepit. Vt igitur gratiã bene de se meritis referret: lacũ ante urbem effodit quattuor am-  
 bitus stadiorũ. quẽ a suo nomine uocari iussit: idem & loco ubi bouum uestigia impressa sunt nomen in-  
 didit. Tẽplo Gerioni cõstructo: quod adhuc honorant incolæ lolao quoq; nepoti tẽplum ædificauit:  
 ostenditq; quomodo honores ei ac sacra annua fierent usq; ad hoc tẽpus seruata. Omnes enim eam  
 incolẽtes urbẽ ab ipsorũ ortu iolao sacras nutriunt comas: quoad amplissimis uictimis eum sibi deum  
 propitium reddant. Tanta uero eius templi maiestas habetur reuerentiãq; ut qui assuetis deficiant sa-  
 cris. pueri muti euadant & mortuis similes. Idem si uouerint solita sacrificia suscepto uoto statim fiunt  
 a morbo liberi. Eius regionis incolæ portam: quã hæc celebritas sacraq; prodibant heracleam uocita-  
 runt: Palestre insuper e quorũq; certamina quot annis ad que publice omnes serui liberiq; conueniũt  
 instituere. Docuere & seruos priuatim deum colentes choreas ducere. epulãq; simul ac sacra celebra-  
 re deo. Hinc hercules cum bobus in italiam profectus cum iuxta litus progrediretur lacinum furem  
 boues furantem peremit. Crotonem uero cũ inuitus cecidisset: Sepulchro ei cõstructo sepeliuit egre-  
 gie incolis prædicens futurũ tempus: quo ibi ciuitas insignis ex mortui nomine cõderetur. ipse pedi-  
 bus adriaticum sinum circumuectus in epyrũ primo transiit. deinde in peloponesum. Decimo labore  
 perfecto ab euristeo cõceptũ est: ut ab inferis cerberum ad superos educeret. Ad hoc opus sumpto  
 consilio athenas uenit: initiatusq; est eleusine misteriis. Quibus preerat Museus orphei filius. Quo-  
 niam uero in orphei nomen incidimus: haud ab re erit paucis de eo scribere. Orpheus thrax genere  
 filius lagri doctrina melodiaq; ac poesi excessit omnes: quoq; extet memoria. Etenim poema miran-  
 dum edidit & suauitate cantus præceteris clarus adeo fama excreuit: ut melodia feras arbores ad se  
 audiendũ allicere diceretur: doctrinã deditus cum theologiã operam impendisset in egyptum tran-  
 siit: plurimarumq; ibi rerum scientia percepta græcorũ doctissimus: tum in deorũ cerimoniais: tum in  
 theologia: tum in poematibus cantuq; est habitus. Nauigauit isuper cum argonautis: obq; uxoris amo-  
 rem ad inferos descendens a proserpina suauitate cantus allecã impetrauit: ut defunctam uxore ab i-  
 feris excitaret. Quod & antea fecerat Dionysius: quem dicunt matrem semelem ab inferis quoq; edu-  
 ctam immortalitateq; donatam theonẽ denominasse. Nunc ad herculẽ reuertamur. qui ut ferunt fa-  
 bulã: inferos cum adisset: a proserpina ueluti frater receptus Thesea ex uinculis cum perithoo solutũ  
 fauente sorore superis restituit. Cerberum insuper uinctum preter opinionẽ astrahens ad hominũ cõ-  
 spectũ deduxit. Vltimo ei labore indicto mala hesperidum aurea afferendi: in lybiam transcendit. Ve-  
 rum de his pomis non idẽ scriptores sentiũt. Afferunt quidam in lybiam in hesperidũ ortis mala au-  
 rea a terribili dracone asseruari: Alii pecudũ greges exquisita pulchritudine hesperides habuisse: que  
 ob decorem a poetis aurã dicte sint: quemadmodũ & Venerem ob egregiã formã auream appellant  
 Nonnulli eas pecudes colore auro simili fuisse uolunt: eoq; hoc appellatas nomine. Draconẽ uero ex-  
 titisse pastorũ curã: qui ui corporis fortitudineq; præstantes custoditis gregibus latrocinia prohibe-  
 rët: Sed hoc pro arbitrio accipiant legentes. Horum custode interfecto hercules aurea poma ad euri-  
 steum cum adduxisset: pro tot exactis laboribus expectabat. sicut apollinis predixerat oraculum im-  
 mortalium uitam. Non omittendum uero nobis uidetur: quã de atlante & hesperidum genere in fa-  
 bulis feruntur. Fuisse in Hesperia tradunt fratres duos fama celebres hesperum atq; athlantem. Hos  
 habuisse oues decoras fere colore aureo ac rubicundo: a quo eas poetæ aurea mala dixere: Ex hespero  
 ortam filiam dicunt nomine hesperis: quã fratri nupsit: & ab ea regionem hesperiam nominatã. Ex  
 hac athlas septẽ genuit filias: quã a patre atlantide: sã matre hesperides dicte sunt. He cum forma ac  
 prudentia excellerent: busiris egyptiorũ rex cupiditate captus uirginum pyratas ad eas oras misit: ut  
 ab se raptas uirgines asportarent. Quo tempore & hercules secundum laborem consumans Antæũ  
 in lybia hospites palestra superantẽ occidit. Busiridem uero in egypto mactatos aduenas ioui sacrifi-  
 cantem merito affecit supplicio. Deinde per nilum in ethiopiam profectus Emathionem æthiopum  
 regem prelio uictũ occidit. Postremo iterum ad certamina conuersus prædones qui puellis i orto quo-  
 dam dum luderent raptis inq; nauibus positis subito aufugerant: infecutus in litore quodam deprehẽ-  
 sos interemit. Virgines athlanti restituit patri. Quo beneficio motus athlas non solum dignis facto  
 muneribus donauit herculem: sed astrologiã insuper docuit. In qua cum operã curamq; impendisset  
 precipuam: ob sperã astrorũ ab se adinuentã: orbẽ suis ferre humeris extimatus est: Hercules quoq;  
 cum speram ad græcos trãtulisset: magna est gloria potitus extimantibus cum omnibus Athlantico  
 orbi successisse. His occupato hercule quã superfuerãt amazones aiunt circa Thermodonta fluiuium  
 undiq; conuenisse ad bellũ græcis inferendum. Nam græcorum a quibus hercules profectus bello ip-  
 sas superasset: sed maxime atheniensium iniurias ob earum reginam Antiope: alii hippolytam tra-  
 dunt a theseo captã: ulcisci cupiebãt. Itaq; scythaz auxilio fretã: adiutãq; uiribus magno cum exer-  
 citu per Cimmaricũ nauigãtes bosphoz: in thraciã: inde p europã i agrũ atheniẽsẽ trãeũtes castra

His locis q̄ postea amazonii appellati sunt posuere. Theseus eaq; trálitu cognito ciuū coactis copiis aduersus hostes una cū antiope amazone ex qua filiū suscepit hippolytū proficiscitur. cōmissio cer tamine atheniensium duce Theseo uictoria fuit. Amazonū pars interfecta est. pars atheniensū agro pulsa. Antiope quoq; pro uiro acriter pugnans occubuit. Quæ ex prelio superfuerunt amazones des perata patria in scythiā diuertere: sed quoniā de his satis antea scripsimus: ad herculis redeamus gesta Peractus ab eo laboribus responsoq; ab diis accepto conferre plurimū ad consequendā immortalita temi coloniā ad fardos ab eo mitti: filiosq; ex thespiadibus susceptos coloniæ præfici duces: iolaum ne poté cū filiis: adolescentiores enim erant: destinauit. Neesse uidetur nobis quo magis huius colo niæ origo cōstet horum filiorum genus referre. Thespis uir fuit nobilis atheniensis ericthei filius: qui imperans ei quæ ab se denominata est regioni. ex pluribus feminis filias genuit quinquaginta. Hercu les puer adhuc sed robore præstans corporis cupiens ex eis prolem suscipere uocato ad sacrificiū pa tre cum opipare illi epulas parasset accersitis filiabus singulatim recognouit omnes. ex quibus geniti quinquaginta mares omnes eiusdē ferme ætatis cōmuni nomine thespades dicti sunt. Hos decreuit in coloniā mittere iuxta oraculi responsum præfecto classis iolao exercitu tradito & thespiadū & co loniæ deducendæ curā hercules permisit. Ex quinquaginta liberis duo thebis mansere: quorum pro genies etiam nunc dicitur in honore esse septē Thespiis quos demuchos appellat. Posteriores quorum ad hæc usq; tēpora ciuitatis habentur principes. Reliquis pueris multisq; preterea uoluntariis ad ædificā dam coloniā assumptis. iolaus in fardiam nauigans priorem in insulā partem cāpestrem scilicet te nuit iolæam ab eo hodie quoq; dictam. Eam regionem cultiorem arboribusq; fructiferis uberem cū effecisset: bellicosam etiā reddidit. Adeo enim hæc insula fructuū copia celebrata est: ut carthaginēses postmodum multa certamina periculaq; pro ea subierint potiunda: sed de his suo loco dicitur. iolaus colonia condita cum e sicilia dedalum accersisset: eam pluribus præclaris operibus: quæ nunc usq; per manent: atq; ab artifice appellantur Dedalia: exornauit: Gymnasia insuper magna erexit ac sumptuo sa. iudicia quoq; ac cætera quibus ciuitas diuturnior esset ac felicitior instituit: populos ab suo nomine thespiadibus: qui eum ut patrē colebant: hunc honorē concedentibus iolaos appellauit. Nā propter il lius in se parentis officia adeo eum dilexere: ut ipsum genitoris cognomine uocarent. Quo accidit: ut qui postmodum sacra ei deo facerent: iolaum appellarent patrē: quemadmodum persæ Cyrthum. re diens deinceps in grāciam iolaus inq; siciliam nauigans aliquādiu permansit in insula. Quo tempore plures qui cum eo accesserant capti locoq; amenitate sicanisq; permixti in insula remansere sūmo ab i colis honore accepti. iolao: cum gloria præclarus esset: multaq; diuersis in locis sui reliquisset benefi cii monumenta: & templa & deorum honores plures ciuitates tribuere. Vex in ea colonia mirabile quid dictu accidit. Responsum enim a deo datum est: eam coloniā perpetuā libertate fore: quod no stra ad usq; tēpora uerum constat fuisse. Nā cū eius urbis populus increbrescentibus in ea tēporis diu rturnitate qui colonos numero superabant barbaris ipse quoq; barbarus effectus se ad montana aspe rraq; contulit loca: ubi habitaculis terrestribus humo effossa lacte ac carne armentorumq; quoq; pluri ma apud eos erat copia: uitā ducentes procul a belloq; discrimine aberant. Itaq; & carthaginenses pos tea & romani frustra eos armis sæpius appetiuere. Verum ad herculis acta proxima superioribus re uertatur oratio. Cum is omnia absoluisset certamina. Megaram uxorem iolao propter parentis er ga liberos suos officia concessit: existimans amplius ex ea liberos suscipere calamitosum fore. Ad prolem uero procreandā alteram minime suspectam quærens iolem euritii filiam in echalia domi nantis petiit. qui megaræ repulsam ueritus super eo matrimonio se cōsulturum respondit. Hercules frustratus sponsa iniuriāq; motus Euryti abegit equos. Iphytus euryti factum ut erat suspiciōs: cum ad equos inuestigandos in tyrinthum uenisset: uisus est ab hercule turrim quandam altam ascendere spe culatum sicubi forte equi pascerentur: Sed cum nullos aspiceret: dicens falso culpatum se furti hercu les de turri præcipitem iphitum dedit. Ob huius mortē hercules in morbum cū incidisset: in pilū ad neleum profectus est hortans ut se mundaret a cæde. hic cum filios consuluisset omnes preter Nesto rem iuniorem: minime purgandum esse censuerunt. Tum hercules ad Deiphœbum byppoliti filium adiens ut purgaretur suasis. Sed cum nequaquā sanari posset: deq; morbi cura apollinem consulere. re sponsum est facilem eius ualitudinis curam fore: si iusto uenderetur pretio: pecuniaq; exinde redacta iphyti liberis daretur. Coactus igitur oraculi responso parere cum quibusdā amicis in asiam nauigans sponte sua a quodā ex amicis uenundatus seruus omphalæ uirginis factus filix lardane eorum regine qui aliquādo meonti: nunc lidii dicuntur pretium iphiti filiis cum datum esset Pristina ualitudine recu perata Omphalæ seruiens omnes eius regionis latrones substulit. Cecropas qui dicebantur predo res regioni infestos partim peremit: partim omphalæ uinctos tradidit. Syleum raptos ab se uiatores ad opus uinearum cogentē ligone percussus cecidit: itonas latrocinantes Omphale patriam conpe scens urbem eorum receptaculum expugnata captāq; diruit. Cognita herculis uirtute: & quis esset. Omphale & liberum fecit. & ex eo genuit filium lamonem. Susceperat uero & antea seruus ex ser ua Cleolaum. Post hæc: cum in peloponnesum transcendisset ad troiam cum exercitu contra laume dontem regem profectus est hic cum iafone prius militauerat ad uellus aureū promissisq; ob marinū mōstræ ab se occisū eqs frustratus ē. quibo de rebo paulopost iter argonautas dicemus. iaso cū bello occu

Thefeus  
Hippoli

Iolaus  
Thespiis

Thespiades

demuchi  
Iolaus  
Dedalus  
Iolai

Megara  
Iolaus  
Iole  
Eurytus  
Iphitus  
Deiphæbus  
Hercu-  
les uendi-  
tus  
ardana  
Omphale  
Sileus  
Lamon  
Cleolaus  
Iason  
Troia  
capta

patus postmodum oportunitate capta troianis arma intulit cum nauibus ut aiunt quidam magnis de  
 ce & octo ut homerus tradit sex filium tripolemum introducēs dicentem: Hercule patrē equoꝝ lau-  
 medōtis gratia cum sex nauibus paucisq; uiris illi cōpisse ciuitatem: & uiris patriam orbasse. Veniēs  
 ad troiā hercules cum optimis militum præcessit ad urbem Oicleo amphiarrii filio præfecto classis  
 relicto. Laumedō improuiso hostium in cursu præuentus copias pro temporis angustiis comparata  
 ad oppugnandas naues duxit: sperans si illas incendisset: finem se bello positurum. His occurrēs Oicle  
 us commissio prelio occubuit. Reliqui ad naues refugiētes classem procul a terra abegerunt. Laumedō  
 reuersus inito prope urbem cum herculis exercitu prælio & ipse & multi præterea pugnātes ce-  
 cidere. Hercules uictricis in multos urbe re belli interfecit. Priamo solus enim filiorum patri cōsulue-  
 rat equos herculi pollicitos tradendos quoniam iustus uideretur. regnum Iliensium permisit. Telemo-  
 nem coronauit ob egregia uirtutis merita tradita ei hesione laumedōtis nata. Hic enim uictricis ur-  
 bem intrarat: cum hercules firmissimā muri arcis partem aggrediretur: Deinde rediens in peiopo-  
 nefum militauit obnegatum premium aduersus angeam. Comissa cum eliensibus pugnare ifecta ad  
 olenum rediit. Huius filia hippolita: cum axanio nupsisset: cænans cum cæteris in nuptiis herculeis: eu-  
 ritionem centaurum conspecta eius cui uim inferebat iniuria interemit. Redeuntem in tyrinthum  
 herculem Euristeus ueluti sibi insidiantem accusans ex tyrintho una cum alemena Ephideaq; ac loalo  
 abire iussit. Coactus recedere cum his ad archadiæ phineum diuertit. inde motus cum audisset pom-  
 pam ex ælide neptuno ad isthmū mitti cuius Euritus Angei dux erat. Euritum iuxta cleonam ubi nūc  
 est herculis templum necauit. Deinceps bello aduersus Aelim moto occisq; Angea rege: atq; urbe uic-  
 trice phileo angei filio regnum tradidit. Fuerat hic antea a patre pulsus quoniam arbiter inter eum  
 & hercule factus premium herculi dandum censuisset. hippocoon postmodum ex sparta pepulit tū  
 darei fratrem. Eoniam uero lycimnii herculis amicū hippocoonis filii uiginti numero interfecerūt  
 Qua re incensus hercules cum exercitu illos adhortus acri commissā pugna uictoria potitus ē pluri-  
 misq; eorum occisis spartæ uictricis captae tindareū Castoris ac pollucis patrem regem præfecit statuens: ut  
 ad eius posterorū regnū spectaret. Ex herculis exercitu pauci admodum cecidere. in quibus strenui fuerūt  
 uiri Iphitus. thiphæus Eiusq; decem & septem numero filii. Tres enim tantum ex uiginti superfuerunt  
 Ex hostibus uero & ipse hippocoon & decem filii occubuerunt: magnusq; præterea spartiatarū nu-  
 merus: Ab hac expeditione in archadiam regressus ad aleum regē diuertit. ibi cum filiam Angeam ab  
 se clam cognitam grauidam reliquisset ad stinphalon transit. Aleus timore uentris filia cognito quæ  
 siuit quis eam corrupisset. Ab hercule ut erat uim illatam ferente fidem dictis abnuens pater cuidam  
 Nauclero amico in mari mergendam dedit. Illa in nauim deducta cum esset iuxta parthenium montē  
 urgentibus partus doloribus in proximam siluam tanq; ad rem necessariam descendit. ibi cum pepe-  
 risset infante inter uirgulta abscondito ad nauiculam rediit. Cūq; ad Endaplium archadiæ portum  
 peruenisset: salutem ē præter spem consecuta. Nauicularius enim illam mergere iuxta patris præceptū  
 noluit. Sed dono dedit quibusdam ex caria in asiam profecturis: qui angeam secum uehentes regi mi-  
 sia. Teuthranti tradidere. infantem in parthenio a matre relictum pastores quidam corinthi regis. cū  
 repperissent a cerua exhibito ubere nutritus: infantem ad regem derulerunt quem corytus ut filium edu-  
 cans Telephi. eo q; fuerit a cerua nutritus. nomen dedit: hic uir factus matrem inuestigans uenit i del-  
 phos responsorū accepto. ut in mysiam nauigaret ad Teuthrantum regem inuenta matre cognitoq;  
 cuius esset filius magno in honore habitus est. Teuthrantus liberis masculis orbatus Argiopen natam  
 Telepho despondit: instituitq; successorē regni. Hercules cum in pheneo quinquennio fuisset filio  
 rum lycimnii iphidisq; fratris interitum egrefferens sponte ex archadia ac peloponneso abiit. Cum  
 plures eum archades sequerentur. in calydonem secessit. Non proles ei legitima: non uxor erant: des-  
 ponfauit ergo deianiram oenei filiam melagro de quo haud ab re erit paucis scribere iam defuncto  
 Oeneus in magna frumenti copia cum cæteris diis sola diana neglecta sacrificasset irata dea calidoni-  
 um aprum ingenti magnitudine celebrem ad uastandam late patriam propinquam immisit: Ad hūc  
 delendum Meleager ætate uiribusq; integer pluribus assumptis secum sociis aprum iaculatus occise  
 bestie premium id erit animantis pellis omnium consensu tulit: Cum in uenatione athlātā Schinei af-  
 fuisset filia eius amore captus pellem ueluti laudem occisæ feræ sibi concessit. Quod factum qui una  
 uenati fuerant thestii filii ægreferentes aduenam eis feminam præferri improbato meleagri facto  
 athlātæ per insidias cum in archadiam rediret: pellem abstulere Melager tum amore motus: tum in-  
 census ignominia athlātæ auxilium ferens primum raptos: ut uirtutis ab se datum mulieri premi-  
 um restituerent. hortatus est Eius uerbis contemptis omnes: ii erant Althææ fratres necauit. illa suo-  
 rum cæde moesta meleagrum execrata ē ab diis immortalibus. qui eius uotum exaudierunt. filio mor-  
 tē imprecata. Fabulantur quidam Meleagri ortu parcas noctu in somnis althææ dixisse: tunc uitæ me-  
 leagri filii finem fore cum id lignum: is torris extinctus erat combureretur. Orto puero existimans  
 in eius ligni custodia filii salutem contineri diligenter custoditū seruauit. Postmodū fratrum morte  
 irritatā torre cōbusto ferunt causā iteritus filii extitisse. Cuius facti postea penitēs laqueo uitā finiunt  
 Dū hæc agerentur hippotus in oleno iratus filia peribia se ex matre grauidam asserenti ad ceneū  
 in etholiam misit iubens ut eam q̄primum perimeret. At ille. cum recens uxor: filiusque decessisset.

Oicleus  
Laumedon

priamus  
thelamō  
hesione

herculis  
exilium

Euritus  
Angeus  
Phileus

tyndarus  
Castor  
Pollux  
Iphitus  
Typhæus  
Hippocoon  
Aleus  
Angea

Endapli

Teuthran-  
tes

Telepho  
argiope  
Deianyra

Oeneus  
Meleager  
Athlātā  
Schinei

Althæa  
Meleager

hippotus  
Peribia  
Tydeus  
Acheleus

contempto patris mandato illam uxorem cepit Ex qua filius ortus e Tydeus: Sed de his actenus hercules in calidionorum gratiam fluuium acheloum in alium cursum diuertens plurimos agros ex aquae irrigatioe fertiles praestitit. Cuius rei & poetae quidam meminere scribentes cum acheloo hercule sub tauri spetie certasse: qui cum in congressu tauri alterum cornu fregisset etholis illud. quod amaltheae cornu uocant. dono dedit: Fructuum omnium uarum malorum aliorumq; eiusmodi pomorum copia repletum. Fingunt poetae acheloi cornu fossam a fluuio ductam pomis uero & malis punicis ac race mis monstrari regionis fertilitate quam fluuii humor praestet. & agros reddat feraciores. Amaltheae cornu durum esse aiunt. qua ex re operis eius labor notatur. Hercules praesidia calydoniis ferens thesprotis illato bello & ephyram urbem ui cepit: & phileum thesprotorum regem interfecit. Filiam uero eius ex qua genitus e ei Tripolemus captiuam cognouit triennio post deianyram uxorem sumptam in cena a uino concaefactus. Eurinomum puerum architelli filium ministrantem paruocq; errore lapsu pugno ictum occidit inuitus. Qua ex re dolore perculsus calydonia cum uxore deianyra hyloq; puero ex ea orto recessit. Cum itinere ad Euenum peruenisset flumen. Nessum centaurum repperit p tior uiatores flumen transfuehentem. Hunc traductam deianyram uiolare conantem muliere uiri ope implorante hercules sagytta transfixit: cum prius tamen Deianyram cognouisset. Moriturus ex uulnere pollicitus est ei se amoris medicamentum traditurum: quo nullam preter se mulierem hercules aliam appeteret. iussit itaq; femine quod ex eo exciderat cum oleo & sanguine ex sagytta defluente im mixto herculis tunicam ungere. Quo dato consilio cum expirasset illa clam hercule quod mandatum erat asumpsit. Hercules transito fluuio cum ceyco trachim regi obuissit apud eum diuertit archadum militum praesidio fultus Deinde cum philantus driopum rex templum apollinis delphicum diceretur uiolasse: una cum meliensibus armis aduersus eum sumptis & regem peremit dryopum: & incolis patria expulsis eorum agros meliensibus dedit. Filiam regis captiuam secumducens compressit exq; ea filium suscepit antilocum procrearat etiam ex deianyra post hylum filios duos. Gleneam & diopitem pulsi Driopes quidam diuertentes ad Euboeam ciuitatem condidere Caryston. Alii in cyprum nauigantes una cu cypriis mansere. Reliq; Euristei herculis hostis praesidio freti tris urbes in peloponneso condidere. A sinen Ermionen Eionen. Orto deinde inter dorienses qui estiores appellantur: iis Eginus imperabat laphytasq; circa olympum habitates quibus rex erat coronus phororei filius: bello cum praualerent copiis laphitae dorienses ad herculem confugere. iis in belli societatem astitus pollicita terra doridis regionis parte ac regno permissa bellum una cum doriensibus aduersus laphitas mouit Milites archades qui apud eum semper erant secumducens. Horum praesidio usus superatis praelio laphitis coronum regem peremit. Reliquos multis occisis e regione pro qua bellum suscitatum erat coegit excadere. His actis Egimeum tertiae praefecit parti sibi concessa mandans. ut eam suis posteris serua ret. in trachinam transiens. Cyonum martis ab eo prouocatus peremit. Deinceps ab icono profectus per loca maritima ad ormenium regem cum peruenisset: eius filiam aftydamiam sibi dari conubio petiit. Quam rem cum abnuisset sciens illi deianyram uxorem esse bellum hercules regi intulit. Captaq; urbe ac rege interfecto aftydamiam captam stuprauit: genuitq; ex ea filium cctisippum his gestis in oechalia contra Euriti liberis quoniam iole uxor ei antea negata fuerat. Exercitum duxit: Cumq; archades ei opitularentur urbe capta Euriti filios occidit. Toxeum Molionem ac Pytium: iolen captiuam secumducens. Ex euboea in montem profectus est nomine Cineum. ibiq; sacra facturus lycham domesticum quendam ad uxorem Deianyram in trachinam misit: ut ei uestem: qua in sacris uti cosueerat: afferret. Hec cum a lycade amore ioles percepisset cupiens se omnibus amore praeferrī tunicam iuxta centauri consilium tinxit. hanc a lycha rei infcio: delatam hercules indutus medicamenti ui paulatim in ualescente torqueri maximo dolore cepit Virus enim sagyttae ueneno uipereo infusa corpus conficiens dolores ciebat immensos. Itaq; lycham uestis latorem primum occidit: tum dimisso exercitu in trachinam uenit: morboq; magis in diem ingrauescente in delphos lycinium ac iolaum misit Appolinem morbi remedia suscitatum. Deianira calamitate herculis stupefacta cum causam tanti mali sciret a se profectam laqueo excassit e uita. Responsum apollinis iubebat ferri cum apparatu bellico herculem in oechalia: ibiq; prope eum ingentem strui pyram de reliquis inquit ioui curam fore. Qui cum iolao erat iussa Appollinis exequetes. quod futurum eat suspicabantur. Hercules desperata salute in pyram cum ascendisse rogabat accedentes: ut ignem subiicerent: Quod cum nullus auderet solus philoctetes in gratiam sagytтарum: quas ei hercules reliquit: pyram succendit. Subitoq; fulminibus circudentibus praerupta exusta est. Accedente iolao ut ossa colligeret: cum nullum penitus repertum esset. credentes herculem secundum oraculi responsa ad deos translatum: sibi ut heroi sacra quaedam fecerunt. Inde ad Trachinam reuersi: Menetius postmodum actoris filius herculis amicus tauro capro arieteq; uelut heroi imo latis instituit: ut singulis annis herculi in opunto sacra fierent: utq; pro heroe coleretur. Cum idem thebei facerent. athenienses graecorum primi ut deum sacrificiis herculem coluerunt: suaq; pietatis erga illum deum exemplum reliquis prebentes. Vniuersam primum gratiam deinde caeteras oes genes ad eius cultum conuerture. Adiciendum e superioribus iouem peruassisse iunoni: ut herculem se fingeret genuisse matrisq; erga eum deinceps beniuolentiam ostenderet. partum eiusmodi fuisse tradunt. iuno cu in lectu ascendisset sumptu iuxta corpus hercule p uestes inferius iterra dimisit ueruptu imita-

Tydeus  
acheloo

Amal  
teae cor  
nu

Phileus

Tripio  
lemus

Eurino  
mus

Archite  
lius

hylus

Euenus

Nessus

philatus  
meli esef

Antilo  
ehus

glenea

diopites

Caristes

Asine

hermio  
ne

Eione

Estiotes

Egineus

lapythae

Corono

Cyonus

Astyda  
mia

Orme  
nius

Cctisip  
pus

oechalia

iole

Toxeus

Melio

pythius

Cineus

lycas

Deyani  
re mors

herculis

mors

philocte  
is

menetio  
hercule  
us deus  
iunonis  
partus

i ebe ta. Sicut & nunc usq; in filiorum adoptione obseruant barbarii iunonis opera post hunc partum fe-  
 runt heben herculi nupfisse: de qua & poeta post obitum scribit: ipse cum diis immortalibus in delitiis  
 Dii. xii. uerfatur habens haben pulchros habentem pedes. Herculem uero dicunt nequaquam inter duodecim de-  
 os put lupiter prædixerat receptum. Fieri enim non poterat: nisi uno ex duodecim prius pulso ut al-  
 ter reciperetur. iniquum enim fore honorem uni tribui cum alterius dei ignominia. Scriptis quæ de  
 hercule dici possunt. Nunc argonautas cum quibus militauit hercules: referamus. iasonem tradunt Efo-  
 nis filium extitisse nepotem peliæ Thessalorum regis. Qui cum esset robustus corpore animiq; præ-  
 ter cæteros suæ ætatis elati aliquid agere optans memoria dignum ex superiorum exemplo maxime  
 q; perferi: aliorumq; plurium quos propter externas expeditiones gesta q; præclara immortalæ glori-  
 am affecutos intelligebat: exarsit animo ad illorum opera imitanda. itaq; communicato cum rege cõ-  
 filio pelias suo desiderio assensit. Non ut adolescentis gloriam auget: sed sperans illum citius in belli  
 expeditione periturum. Se enim filiis masculis natura priuatum esse uidebat: Fratrem timebat ne quã  
 do filii ope sibi regnoq; insidiaretur. Hanc suspicionem occultam tenes pollicitus est se belli auxilia la-  
 turum: si expeditionem pararet in colchos ad uulgatum uellus aureum rapiendum. Habitabatur tũc  
 pontus a barbaris ac efferis nationibus in sensiq; hospitibus cum omnes aduenas eo nauigantes inter-  
 ficerent. At iason laudis appetens cum certamen difficile non tamen penitus impossibile propositũ  
 uideret sed quo maius esset: eo ampliori se gloria uictorem fore necessaria ad id bellum parauit primũ  
 iuxta pelium nauem ædificauit magnitudine atq; apparatu longe maiori q; quæ ad eam diem fieri cõ-  
 fueuerant. Erat enim antea paruorum nauicularum usus. Ad huius uero eximiam magnitudinem stu-  
 pentibus omnibus diffusa per greciam eius rei fama multos egregios adolescentes ultro ad certamen  
 & eius bellicõmunionem allexit. iason in aquam deductam nauem cum necessariis ad nauigandum re-  
 bus fulcisset optimos eorum qui secum ire appetebant elegit numero quattuor & quinquaginta. ex eis  
 clarissimi erant. Castor & pollux hercules Telamon Orpheus. Atlãte schinei: præterea telpessi filii &  
 ipse nauigi auctor iason. Nauis ergo dicta est: ut quidam asserunt scriptores: ab argo eius architecto: q;  
 etiam inter nauigandum eius refarciendæ curam cõperat. Vt alii ab eius uelocitate: quam antiqui Ar-  
 gon appellabant. Hi omnes ducem sibi præfererũt herculem ueluti omnium iudicio fortitudine & uir-  
 tute præstantiorem. Deinde ex colcho nauigante atho ac samothracia pertergressis tempestate acti ad  
 sygeum troiæ appulere: Cum in terram descendissent: uirginem iuxta littus uinctam ob hanc ut ferunt  
 causam repererunt. Neptunum tradunt propter operam ad ædificanda pergama ab eo: ut fabulæ tra-  
 dunt impensam iratum laumedonti regi: e mari cæte in terram misisse. A quo maritima incolentes Io-  
 ca coloni q; absumentur. Peste præterea quæ terræ fructus corrumpere propinquos agros afflixit:  
 in troia Omnibus ea calamitate territis cum tantis malis salus quæreretur: laumedontem dicunt ad Apollinẽ  
 destinasse quæsitum rebus aduersis remedia. Responsum est ab oraculo: neptunni iram causam malo-  
 rum esse: quæ mitigaretur si puerum troiani sorte ductum cete traderent uorandum itaq; singulis i for-  
 tẽ coniectis cum in hesionen fors regis filiam cecidisset eo actus est laumedon natam in littore uinctã  
 belluæ futurum cibum exponere. iterum argonautis in littus descendentibus hercules uisa puella: cum  
 hercules rei causam cognosset: uincta dissoluit. inq; urbem profectus regi obtulit se id monstrum iterfecturum  
 Laumedon accepta oblatione equos illi inuictos dono se daturum cum spondisset. Cete ab hercu-  
 le periit. hesione oblata conditiõe herculem ne liberatorem sequi: an in patria remanere malet. cũ her-  
 cule abire elegit. non tam uitæ beneficio: q; timore. ne iterum prodeunte cete ad idem supplicium desti-  
 naretur. Hercules & donis: quibus honorifice cumulatus fuerat: ac equis hesioneq; penes laumedontẽ  
 quoad reuerteretur ex colcho relictis cum argonautis ad destinatum certamen profectus est. Ma-  
 gna interim tempestate cohorta cæteris salutem desperantibus solum orphea tradunt religionis perit-  
 um uota pro salute samethracibus fecisse: ex temploq; tempestate sedata. cum duo: astra supra pollucis  
 & castoris capita cecidissent: omnes eo miraculo stupentes credidisse deorum providentia se a pericu-  
 lis exemptos. Quo facto contigit ut quos postmodum maris agitaret tempestas samethracibus uota  
 pro salute facerent: astraq; apparentia ad Castorem pollucemq; referrent. inde sedato mari in thraciã  
 ad regnum phinei transcendentibus duos adolescentes offendunt: qui uerberibus cæsi ut uiui in terram  
 effoderentur pœnam expectabant. Filii hi erãt phinei. Cleopatre: quam ex orithia Erithei ac borea na-  
 tam ferunt. Verum odio ac falsis nouercæ calumniis inique a parente ad eas damnabantur pœnas.  
 Cleopatra Duxerat uxorem phineus ideam dardani scytharum regis filiam: cuius amore captus uoluntati eius af-  
 sentiebatur. huic nouercæ in gratiam matris priuigni ira moti uim intulerunt. Argonautis ad rem no-  
 uam stupentibus aiunt adolescentes inter tormenta ab eis ueluti diis auxilium implorasse: & simul cau-  
 sam dixisse paternæ iniquitatis orantes ut se ab iniqua eriperent forte. His phineus cum occurisset ue-  
 nituit nequid contra suum decretum uoluntatemq; agerent nullum enim patrem ait de filiis sponte sup-  
 plicium sumere: nisi amorem in liberos paternum magnitudo scelerum superaret. interim qui cũ her-  
 cule in nau erant boreades cleopatre fratres tradunt propter cognitionem primos e nau auxiliũ ado-  
 lescentibus tulisse: eisq; a uinctis liberatis obsistentes tantum occidisse barbaros. phineus ad pugnã cũ  
 uenisset barbaris auxilia ferentibus herculem ferunt acriter præcæteris pugnantem & ipso phineo:  
 & pluribus aliis obruncatis captaq; regia & liberasse cleopatram: & filiis obruncatis captaq; regia &

liberasse cleopatram: & filii paternum regnum restituisse. quibus de nouerca supplicium sumpturis suavit hercules. ut ad patrem in scythiam mitterent rogarentque ut ipse ob filie in se iniurias puniendae auctor esset. Quo facto scythia natam morte multauit. Cleopatrae filiae apud thracas suae modestiae gloriam tulere. Non ignoro quosdam priscarum rerum scriptores tradere filios a patre phineo excatos & phineum quoque aborea priuatum uisu herculem praeterea ad hydriam in asiam ascendentem in eis locis ab argonautis relictum. Discentiunt sane in historia priscis rebus recensendis. ut haud mirandum sit: si quis ueteris historiae auctor a poetis reliquisque scribentibus quandoque discrepet. Verum phineidas tradunt regno cleopatrae matri permissio e thracia cum argonautis in pontum profectos: ipsos autem nauem ad tauricam applicuisse ignota incolentium feritate. Mos enim erat eius regionis barbaris aduenas nauibus aduectos dianae sacrificarum. Apud quos aiunt iphigeniam postmodum huius deae sacerdotem captos homines ad eius aram mactare solitam praefens postulat historia: ut causae huius aduenas sacrificandi ritus referantur a nobis praesertim cum ad argonautarum transitum hic maxime locus spectet. Solem ferunt duos procreasse pueros aetam ac perfen. Aetam in colcho regnauit in taurica perfes crudeles ambo efferique. E perse hecate orta est superans audacia immanitateque patrem. Utque cruciatu hominum leta eos pro feris appetere sagiptis consueuerit. Sed ad uenena mortifera conficienda summum studium operamque impendens prima aconitum inuenit. Vim naturamque cuiusque ueneni in cibis. quos aduenas dabat experta. His rebus admodum edocta primum ueneno patrem sustulit. Deinde regno assumpto templum statuit diane cui nauigantes hospites sacrificabat existimans ea crudelitate suum nomen clarius futurum. post hec nupsit aete genuitque liberos tres Circe Medeam & Egialeum. Circe ad omnis generis uenenorum curam uersa multarum herbarum radicumque uarias uires mirabilemque reperit. Et quamuis a matre hecate in plurimis instructa esset tamen multis ab se de nouo adinuentis omnibus in ea re praesitit. Hec sarmatarum regi quos quidam scythas dicunt cum nupsisset primum ueneno uirum abstulit. Deinde regno capto multa uel crudelitateque subditos uexauit. Quibus rebus regno expulsum quidam scriptores ad oceani quandam desertam insulam cum mulieribus quae eam secute erant: confugisse. Quidam ad italiam uenisse tradunt: inque eo promontorio: quod nunc quoque ab illa circum uocetur resedisse: Medeam quoque tum a matre tum a sorore singula ueneficia edoctam diuersis moribus uiuuisse ferunt. Nam & hospites eripiebat a uitae discrimine: & sepe apud patrem precibus & gratia pro damnatorum salute intercedebat. Quandoque ipsamet ex custodia captos dimittens. Aetam ferunt tum sua natura tum uxoris suauis crudelem necandorum hospitem consuetudine seruasse. medeam uero cum magis in diem esset parentum aduersa crudelitati ab aeta ob filiae timorem in liberam custodiam destinata: illa ad solis templum. id in littore situm erat. con fugit. Quo tempore argonautae a taurica in pontum noctu delati ad templum peruenere. Ibi medeam iuxta littus ambulantem cum inuenissent: ab ea de hospitem caede edocti uirginis humanitatem collaudarunt. Deinde aduentus sui causa medae palam facta illa imminens a patre periculum crudelitatemque in hospites ut cauerent admonuit. Comunicato consilio medea se adiutricem ad perficiendum certamen propositum pollicita est iason iure iurando data fide uxorem sibi illam quoad uita superstes eēt futuram spondit: Tum noctu argonautae relictis templo custodibus cum medea ad uellus aureum profecti sunt. De quo ut apertius scribatur praesens historia nequid ex his omittatur: quae ad ipsius cognitionem spectant requirit. Frixum athamantis aiunt nouercae insidias declinantem una cum sorore helle e graecia fugisse. transfretantibus illis iuxta quodam deorum oraculum ex europa in asiam super auro ariete uirginem in mare delapsam dedisse hellesponto nomen. Frixum in pontum proficiscentem delatum in colchida: qui cum secundum oraculum arietem sacrificasset pellem in templo martis suspendit. Postmodum aetam in ponto regnante responso datum est illum tunc mortem obiturum: cum externi nauigio delati aureum uellus sustulissent. Hac ex causa tum uero innata crudelitate ostentauit se hospites sacrificare: ut diuulgata tanti sceleris fama externi omnes eum accessum abhorrent: Templum quoque muro circumdedit: custodesque plures apposuit ex taurica accitos: de quibus a graecis miranda fabulae finguntur. Decantatum enim est tauros ignem spirantes circa templum esse. A dracone in super custodiri uellus. Verum taurorum nomen a custodum robore traductum est a crudelitate uero caedis hospitem tauros ignem efflare confictum. modo simili cum templi custos draco appellaretur traduxerunt poete admirandus stupendaeque eius animantis fabulas. Similiter & de phrixo quoque fabulae confictae sunt. Quippe nauigasse eum ferunt quidam in nauis: cuius in prora signum fuerit arietis: Quod helles moleste ferens cum in sponda nauis incumberet in mare decidit: alii tradunt Gambrum scytharum regem in colchos quo tempore phrixus cum pedagogo captus fuerit aduectum: cum adolescentem dilexisset dono illum ab aeta accepisse: eumque ut legitimum ab se filium educatum regni heredem relictum. Paedagogum: is aries uocabatur: sacrificatum diis: eiusque pelle a cadauere euulsam demore templo fuisse affixam. Deinde responso tradito se tunc moriturum cum aduentantes hospites arietis pellem sustulissent: regem aiunt adhibitis templo custodibus eam quo diligentius seruaretur deaurasse. Sed hec legentibus suo arbitratu iudicare licet. Ceterum medeam tradunt argonautas ad templum deduxisse martis longe ab urbe Sybari colchorum regia stadiis septuaginta. Accedentem ad fores templi medeam appellati taurica lingua ab ea milites apertis ianuis ut regis filiam intro-

Phineus  
caecus  
Taurica  
diana  
iphigenia  
solis filii  
Aetam  
perfes  
hecate  
Aconitum  
diane templum  
Circe  
Medea  
aegialeus  
Circe

Medea

Solis templum  
argonautae

Iason

phryxus  
helle  
hellesponto  
Aries auctus

Thauri  
igniferi  
draco  
auctus  
phryxus  
naues  
Sibaris

iphitus  
aete mo  
rs  
laertes  
thespia  
des  
Claucus  
deus  
byran  
tus rex  
Byratiu  
hercules  
ad troia  
Laume  
don  
priamus

Troia ca  
pta

pelias  
Aefon  
pmach  
amphi  
nomcs

duxerunt. argonautæ templum simul ingressi eductis ensibus cum plures ex barbaris occidissent: alii  
improvisa re territis diffugientibusq; erepta aurea pelle euestigio ad nauem reuersi sunt. Medea dra  
conem pellis custodiae incubantem semperq; ut fabulae ferunt uigilem ueneno perimens una  
cum iasone mare conscendit: Re ab his qui diffugerunt aeete nuntiata asserunt eum cum his qui  
impromptu erant militibus graecos insecutum plures iuxta littus comperisse. Quibus cum primo im  
petu pugna commissa iphitus Euristei qui herculi certamina imperauerat frater cecidit. Ceteri deiceps  
cum suis auxilio accurissent instaurato certamine rex est a meleagro excisus. Superantibus grecis reli  
qui colchorum in fugam uersi magna ex parte interiere. Optimus tamen quisq; uulneratus est. iason  
laertes atlante ac Tespiades: Quos diebus paucis medea radicibus herbisq; curauit. Deinceps cum re  
cuperata ualitudine nauigassent: iam medium ponticum mare tenentes ingens tempestas magno cu  
periculo adorta est: Tum ab Orpheo quemadmodum antea uoto Samothracibus factu quierunt ue  
ti: apparuit quoq; iuxta nauem maritimus glaucus: qui duabus noctibus totidemq; diebus conti  
nuo nauem comitatus: & futura hercule certamina & immortalitatem praedixit. tendaridis ue  
ro q; dioseuri uocantur: deorumq; honores ab hominibus essent consecuturi. Deniq; cu omnes  
argonautas nomine appellasset: dixissetq; uotis orphei ab diis se missum: qui eis futura predi  
ceret. consulere se illis ait: cum primum in patriam uenissent: uota diis persoluerent pro salute iam bis  
ab illis suscepta. Argonautæ cum ad hostium ponti peruenissent: ad oram appulere: cui tunc impera  
bat byzantus: aquo urbs byzantium est appellata. ibi erecta ara cum diis uota persoluissent: locum co  
secrarunt: que etiam nunc nauigantes colunt. Deinde mare ingressi per propontidem hellepontum  
q; ad troiam delati sunt. Hic hercules fratre iphicio ac Thelamone ad ciuitatem missis equos hestione  
q; iuxta promissa postulatum. tradunt laumedontem oratores captos trusisse in carcerem. reliquos ar  
gonautas per insidias occidere uoluisse. Cuius rei omnes preter priamum filios adiutores se prebue  
re. Hic solis contradixit: asserens seruandam esse hospitibus promissorum fidem: atq; equos sororeq;  
esse tradendos. A qua sententia cum auersi essent: fertur priamus duos in carcerem ad telamonem em  
ses clam detulisse: narrataq; patris uoluntate extitisse eis causa salutis. nam illi custodibus interfectis  
ad mare fugientes exposito singulatim sociis laumedontis consilio una cum eis regi qui cum militibus  
ex urbe si aduersus prodierat occurrerunt. acri certamine commisso cum argonautæ uirtute superio  
res essent: ferunt herculem praeter ceteris fortiter pugnantem & occidisse laumedontem & primo ipe  
tu urbe capta in regis insidiarum conscios animaduertisse. Deinde priamo ut uiro iusto amicoq; regno  
tradito cum reliquis argonautis discessisse: Nonnulli ex antiquis tradunt poetis ab hercule no cum ar  
gonautis sed solo cum nauibus sex equorum gratia profecto troiam deletam. Quod & homerus uide  
tur in suis carminibus sentire: scribens herculem equorum laumedontis gratia sex propriis nauibus  
& uiris paucis ciuitatem ab se expugnatam coepisse. Argonautas a troia tradunt in samothracia inde  
latos redditis magnis diis uotis iterum in templo posuisse phialas: que hucusq; seruantur. Eorum redi  
tu adhuc apud thessalos ignoto diuulgatam aiunt esse famam omnes qui cum iasone in pontum nau  
garant occidione occisos esse: Itaq; pelias tempus esse ratus ceteros quorum erat priuare regno pri  
mo iasonis patrem sanguinem tauri bibere compulit. Fratrem promachum adhuc puerum occidit.  
Amphinomes mater morti destinata uirili animo rem ausa memoratu dignam Cum ad interiora re  
gie confugisset orans deos: ut tantæ impietati merita premia darent: ense pectus transfixit. Hoc pe  
lias pacto omni iasonis progenie sublata cito suorum scelerum poenas luit: Nam cum iason in thessa  
liam ad ornum haud longe ab colcho locum urbem egredientibus occultum noctu appulisset: impiã  
suorum cognouit caedem argonautis suam operam ad tantum scelus ulciscendum pollicentibus oiaq;  
subire paratis discrimina haud parua inter eos dubitatio incidit. subito ne ui in urbem irruendum eet  
deq; improuiso rex armis appetendus: an arcessendi a suis milites: comuniq; bello res esset agenda  
Haud enim possibile fore ab tris & quinquaginta uiris superari regem posse: cui plurimæ auxilia ur  
bes ferrent. Cum hæc agitarentur fertur medea pollicita esse suis se peliam necaturam dolis: regiam  
q; se illis sine periculo tradituram. His uerbis admirati omnes cum modum sui consilii quaerent re  
spondisse medeam dicunt secum attulisse plura mirandæq; uirtutis uenena tum a matre heccate tum  
a circe sorore: quibus nunq; antea ad hominum perniciem uti uoluisset reperta. Nunc uero eorum ca  
facile se id scelus peliæ: si uelint: ulturam & simul quæ actura esset singulatim cum predixisset: a regia i  
super maritimæ speculae custodibus signum perfecte rei se daturam asseruit. fumum die: noctu igne  
igitur parata caua dianæ imagine uaria uenenorum genera in ea abscondit. Deinde capillos suos qui  
busdam medicamentis canos reddens ita faciem corpusq; rugosum effecit: ut aspicientibus quædam  
senior anus uideretur. Sumpta deinde quam stupendo quodam apud uulgus modo condiderat diane  
statua in urbem profecta omnes ad superstitionem comouit. Cum ueluti fanatica uideretur singulis  
per uicos ad spectandum concurrentibus hortabatur: ut pie deum susciperent colerentq;. Accessisse  
enim eam ab hypboreis & regis & ciuitatis bono: cum singuli deū sacris uenerarentur uniuersus tan  
quam debacchatus populus medeam in regiam deduxit. Hec res & peliæ superstitionem iniecit & fi  
æri in eum stuporem medeæ praestigis defunctæ sunt ut persuaderentur presentem deam felicitatē  
regiæ prebituram. Asserebat enim dianam a draconibus per aerem delatam magnam orbis partem



circuisse. Vt autem perpetuo coleretur elegisse omnium regum piissimum. Mandasse insuper sibi deam: ut senectam peliæ quibusdam pharmacis ablatam in adolescentiam uerteret multorumq; annorum uitam beatam diuisq; acceptam Preberet. Ad quæ uerba cum rex ueluti miranda obstupesceret iussit Medeam in se ipsa: ut fides ei haberetur: quod dixerat experiri. illa petens ut pura ab una ex filiabus afferretur aqua: cum se in thalamo inclusisset unxissetq; corpus herbarum uiribus in priorem ætatem restituta est. Que res & regem & omnes qui id aspexerant ad stuporem perduxit. Videbatur enim non nisi deorum quadam prouidentia senectutem in uirginis ætatem pulcherrimeq; fuisse conuersam. Fecisse quoq; asserunt eam quibusdam incantationibus ut draconum species dea per aerem ab hyperboreis uecta apud peliam diuertere uiderentur. Hec cum preter naturam putarentur humana cumq; pelias plurimi Medeam faceret: existimaretq; illam uera loqui aiunt omnibus singulatim filiabus mandasse: ut uoluntati imperioq; medeæ parerent. Non enim decere regis corpus feruorū manibus tractari: sed filiarum obsequio deorum beneficio potiri. Diligenter igitur filias obsequi medeæ imperauit. quicquid circa sui corporis curam mandaret. Sequente nocte cum pelias dormitum isset: aiunt dixisse. Medeam: necesse esse: ut pelie corpus in uase æneo coqueretur. Quod cum acture essent uirgines una ex experimento aliquo fidem uerbis suis fieri postulauit. Arias aderat multis annis domi nutritus. quem uirginibus pollicita est si illum prius decoxissent. in agnum se postea restitutura. Cum uirgines annuissent ferunt medeam arietis decoxisse corpus in frustra diuisum ac uenenis quibusdam ex lebeate agni spetiem eduxisse: Quo facto fides medeæ habita adolescentes omnes preter Alcestem quæ in pietatem facti abnuuit ad interficiendum peliam induxit. Tum medeam dicit: ne peliæ corpus aut incidenter aut coquerent edixisse. Simulans uero prius uotum lunæ esse faciendum uirgines supra culmen regiæ cum lampadibus ascendere secum iussit. ibi colchopæ lingua longa ad terendum tēpus oratione habita signum dedit argonautis rei conficiendæ tempus adesse. illi igne e specula conspecto existimantes regem defunctum cursu urbem petentes moeniaq; ingressi strictis ensibus ad regiam profecti sunt uigilibus qui obstiterant interfectis. Virgines quæ antea ad decoquendum patrem e tecto descendentes iasone cæterisq; argonautis in regia preter spem conspectis sua calamitate admodum afflictabantur. Neq; enim Medeæ facinus ulcisci poterant neq; erratum suum corrigere. Itaq; cū sibi mortem consciscere uellent. iason earum misertus a proposito reuocauit solatus non sponte eas errasse uel malitia: sed errore deliquisse. Omnes deinde benigne consanguineas allocutus bono animo esse iussit populo ad contionem uocato culpam gestorū in peliæ reiecit. Se enim minori ait q̄ passus esset pœna priores iniurias ulctum. Se peliæ cuiuslibet filioꝝ paternum regnū traditurum: Filiarum uero p̄ eaz dignitate curā se habiturum spondit. Quod & paulopost effecit egregiis eas despondens uiris: Nā alcestem priorem filiam nuptui postmodum dedit Admeto feriti Thessalo. Amphinomen Arobromoni Leontei fratri Euadnem uero oeneo cephalo tunc phoceoꝝ regis. His actis cum argonautis ad lischinū peloponnesi nauigans sacra fecit neptunno: cui nauem argo dedicauit. Cum inges eius fama esset apud corynthioꝝ regem Creontem ad eum diuertens secum uitæ reliquum tempus egit corinthi cogitantibus argonautis in patriam abire herculem ferunt hortatum esse ad res magne fortune obundas: ad egitq; ut iureiurando pollicerentur alterum alteri si opus esset auxilio fore. Elegisse autē clarissimum gretiæ locum ad statuenda certamina concursuq; hominum celebrandos. Idq; certamē maximo deorum loui olympio consecrata. Cum argonautæ omnes in fedus cōmunis perfidii iurassent instituendoz cura herculi demandata illum elegisse aiunt ad hominum conuentum eleoꝝ regionem iuxta alpei flumen. Vnde iuxta eum loca maximo deoz sacra olympia ab eo appellantur. cū equorum certamen palestrāq; instituisset modo certaminum statuto urbes propinquas ad deorum spectacula exiuit. Ex gloria famaꝝ herculis expectatione certaminum olympicoꝝ uulgata grecoꝝ omniū qui clari essent eo concursus fuit plurimis quoq; uariis ex urbibus herculis amicitiam secutis cum singuli eius uirtutē bellicamq; disciplinam admirarentur. ideoq; ultro se comites periculoꝝ obtulissent. preberēt optimū exercitum confecit. Quo omni peragrato orbe ob plurima in homines collata merita immortalitatem meruit: poetæ uero fabulis assueti miranda quedam canentes herculem solum absq; armis: fabulantur decantata orbis monstra perdomuisse. Sed de his antea scripsimus. Nunc ad iasonem reuertamur. Hunc corinthi tradunt cum annis decem cum Medea uixisset genuisse ex ea filios priores duos didimum Thessalum Alcymenum his posteriorem tertium Tiffandrum quo tempore aiunt medeā magno in honore non solum propter spetiem qua eminebat sed propter prudentiam ceterasq; quibus ornata erat uirtutes a uiro habitam esse. paulatim deinde etate decorem forme auferente iason glauce Creontis filiæ amore captus uirginem nuptui a patre petiit. Abnuente creōte certūq; nuptiarū statuente diem iason medeæ nititur spontaneum diuortium suadere. Ait enim cupere se illam uxorem ducere non in eius contemptum: sed ut filios suos in domum regiam ea cognatione introduceret. Egre uerba hec ferente medea deosq; testes iuramenti prestiti appellante: iason suscepti beneficii oblitus creontis filia uxore sumpta medeam urbe expulit. illa cum a recessu diem unum a creonte petisset noctu regiam ingressa certis medicamentis immutata facie domum incendit radice quadam a circe inuenta ea uirtute ut incensus ignis nequiret extingui. Repente cōflagrante regia iasonem exiuisse tradunt glaucā creōtēq; igne absumptos. Quidam scriptores uolūt medeæ filios dona

Aries in  
agnum  
Alcestis  
peliæ cæ  
des

Alcestis  
Admeto  
Amphi  
nome  
Euadne  
Cepha  
lus  
argona  
uis  
Creon  
olympia

Iason  
thessalus  
alcymen  
us  
Tiffan  
drus  
Glauc  
medea

quedam sponte attulisse uenenis illita. que cum illa corpori applicuisset: & incidisse in morbum & pa-  
 trem auxilium filia farcitem cum corpori illius heffisset eueffugio expirasse. His haud quaquam acquir-  
 scens medea ipsius iasonis ultionem intenta adeo ira amor crudelitasque in ea exarserant postquam illam flama-  
 mas euasisse cognouit animum morti filiorum in patris calamitatem adiecit. Omnes uno qui aufu-  
 git excepto natos iugulauit. eorumque corpora sepeliuit in iunonis templo: deinde fidissimis focis fu-  
 ga assumptis medea nocte ex corintho fugiens thebas ad hercule uenit. Hic eorum quae in colcho p-  
 missa erat sponsor factus se ei auxilio futurum iuxta data fide promisit. iaso filius uxoreque puatus celsitibus o-  
 bus eum iuste plecti cum doloris uim ferre non posset sibi mortem consciuit. Corinthii casus atroci-  
 tate obtupefacti cum de sepulchro puerorum dubitarent: ad Pythium quid de adolescentum corpori-  
 bus agendum esset consultum misere. Mandatum a deo est sepeliri eos in iunonis templo atque hero-  
 rum honoribus coli. Quo facto aiunt Thessalum qui cede matris effugerat in corinthum redisse. Deinde  
 in lolchum iasonis patriam reuersum ubi cum repperisset pelei filios recenter interisse regnum gene-  
 ri debitum suscipiens subditos ex suo nomine thessalos appellauit. Nec uero ambigo de thessalorum  
 nomine non idem sentire omnes. sed uarias ferri opiniones: de quibus postmodum suo loco differer-  
 mus. Medea cum thebis herculem in insaniam uersum ab eorum filios occisos repperisset medicamen-  
 tis illum ab eo morbo liberauit. Deinde cum euristei preceptis herculi parendum esset: omni eius au-  
 xilii spe ammissa athenas ad Egeum pandionis confugit. Ferunt quidam ab egeo cognitam filium ge-  
 nuisse medum qui postmodum medie imperauit. Alii ab ippeto creontis accusatam omnique absolutam  
 Deinde cum Theseus ex trizenon athenas transisset de ueneficio accusatam fuisse: exque athenis migra-  
 re compulsum. Verum pollicente egeo se eam tuto quo uellet: missurum pheniceam elegit. quo & delata  
 est. inde ad superiores asiae partes transiens cuidam clarissimo hesiti regi. Ex quo filium peperit medum  
 qui post patris obitum regno succedens & rex fuit egregius. & populos ab se denominauit medos. tra-  
 gedi postmodum miranda quedam de medea uariisque ediderunt. Quidam in gratiam atheniensium  
 medeam aiunt susceptum ex egeo medum in colchos aduexisse incolumem. Cumque eo tempore aeta a  
 fratre perseo regno uel pulsus esset medeae opera que perseum sustulit medum regno potitum. Auctis  
 deinde regni uiribus medum plurimis asiae locis. quae supra pontum est peragratis subiecisse. eam quae  
 ab ipso media sit appellata. Recensere autem que de medea scripta sunt singula & longum esset & mi-  
 nime necessarium. Verum quae de argonautis super sunt prioribus adiciamus. Non enim pauci tum ue-  
 teres tum posteriores scriptores: inter quos est & Timeus tradunt. Argonautas post captum aureum  
 uellus cum aeta nauibus ostia ponti obediisset. rem mirificam fuisse aggressos & historia dignam: na-  
 uigantes enim per flumen tanaim ad eius fontes iuxta quendam locum nauis per terram ad alium flu-  
 uium tracta in oceanum uersus arctum per eius decursum delatos ferunt. Postmodum terra a sinistris  
 relicta cum ad gades peruenissent nostrum mare ingressi in patriam reuerterunt. Horum uestigia feruntur  
 quae iuxta oceanum habitantes inter deos praecipue pollucem & castorem colunt. Traditum enim esse  
 illis a praecipuis usque temporibus hos deos presentes in oceano nauigantibus adesse. Esse quoque iuxta ocea-  
 num loca: quae uaria tum ab argonautis tum a dioscuris nomina sumpsissent. Epirus insuper. quae est  
 intragades expressa reditus illorum continet uestigia. hi iuxta tyrrhenium nauigantes ad insulam uene-  
 re: quam dicunt ethalia: ubi optimi eorum locorum portum a nauis quod nomen ad haec tempora praenun-  
 citum sit argoon appellarunt. Similiter iuxta tyrrheniam portus ottingentis procul ab roma stadiis telamon  
 est cognominatus. insuper iuxta fornias italie aeta dicta caieta est. Postea in syrtes uento acti: cum a  
 tritono lybie rege naturam eius pelagi perccepissent declinato periculo tripodem ei aeneum dono de-  
 dere litteris praecipuis insculptum: quod adhuc apud hesperios seruari dicunt. Neque uero omittendum ui-  
 detur quod quidam scriptores pro uero tradunt argonautas per hystrum nauigantes atque ad eius fon-  
 tes delatos postea ad sinum adriaticum peruenisse: Hoc tempus redarguit existimantes hystrum pluri-  
 bus ostiis in pontum defluentem: eumque qui in hadria descendit ab eisdem locis decursus initiu sumere  
 Romanis cum his gentibus bellum que hystrum incolunt gerentibus eius fontes quadraginta stadia a  
 mari procul inuenti sunt. Verum nominis fluuiorum similitudo causam erroris scribentibus dedit.  
 Argonautae herculisque gestis e nobis descriptis filii quoque recessi sunt. hi post herculis obitu apud regem  
 Ceycum in trachina coledere. Cum hylus aliisque fratres quidam iam uiri euasisent: ueritus Euristeus ne cum  
 omnes ad eam aetatem peruenissent se imperio mycenarum priuarent cupiensque omnis eos grecia pelli  
 Ceyco nisi & heraclidas & licymni filios iolaum insuper ac omnes archades qui cum hercule militasset  
 eiiceret bellum indixit. At ipsi Euristeo impares uiribus decreuerunt sponte trachinam relinquere. Adeun-  
 tes plures ciuitates: quae praeclearae erant roganteseque: ut se in urbe reciperent caeteris timore recusantibus  
 a solis atheniensibus insita humanitate suscepti sunt tricyrintho illis urbe quae tetrapolis nomi-  
 natur ad habitandum concessa. Postea cum herculis filii omnes aetate matura essent prudentia adolesce-  
 ntibus ut ab hercule genitis innata Euristeus eorum incremento inuides magno exercitu aduersus illos  
 profectus est. Heraclides atheniensium praesidio fulti iolaum theseum hylumque duces belli constituen-  
 tes acie Euristeum superarunt. Multi in ea pugna Euristeum secuti occubuerunt ipse curru fugies ab  
 hyllo herculis filio occisus est. Filii quoque Euristei in ea pugna omnes cecidere. Heraclide post Euristeum  
 insigni prelio deuictum mutuo consilio auxilioque aduersus peloponesum duce iolao mouerunt bellum

Medea  
nati  
iasonis  
mors

thessalus  
lolcus

Medus

argonau  
tarum  
errores

Castor  
pollux  
epirus  
ethalia  
thelamon  
portus  
caieta

lster  
Cerycus  
rex

hylus  
euristeus  
tricyrintho  
herculis  
filii  
euristei  
mors

Atreus post euristei obitum capto micenarum regno ascitisque tegeatis ac quibusdam aliis belli sociis herculis filiis occurrit. Apud isthmum cum utriusque exercitus conuenissent hylis hostem quicumque is esset ad certamen ea conditione prouocauit: ut si ipse uicisset euristei regnum filiis herculis cederet. Si uero occubuisset heraclides foedus seruantes in corinthum redirent. paulo post lycinnius cum filiis herculis ac triptolemo apud argeos sponte illos suscipientes mansit. Reliqui qui in tricorintho refederant decursis ex pacto annis in peloponnesum transierunt. Quorum res suo referetur tempore. Alemena thebas perfecta cum euauisset a thebanis deorum honoribus culta est. Caeteri heraclides repetita ab Eginio Dori filio ei credita patris hereditate apud doreos coesedere. Triptolemum in agris comorantem ferunt licymnio electrionis orta contentione occisum. Qua ex cede ex argis fugiens Rhodum applicuit. Hac insula incolebant tunc greci ab Triopato phorbantis filio deducti. Quam ille communi accolam consilio cum in tres partes diuisisset: tres in ea condidit ciuitates. lindy. ilysum. Camiru. Imperauit autem omni isule ob gloriae nomenque paternum: ac demum cum agamemnone ad troianum bellum profectus: Posteaque de hercule filio: rettulimus: locus se offert: ut thesei: qui herculis certaminum imitator fuit gesta narrent. Natus ex aethra: rapiter filia ac neptunno in trizena nutritus est penes pitheum maternum auum ac signa pro ut ferunt fabulae ab aegaeo sub petra posita recognoscens athenas uenit. Deinde mare ingressus ut herculis uirtutes imitaretur ad ea certamina adiecit animum quae laudem & gloriae sibi essent allatura. & primum eum qui dicebatur chorinetus hesternorum interfectorem sustulit: Hoc usum cognomine a corvina quod genus armorum est ad ulciscendum accomodat. Secundum qui in isthmo erat Schinon qui duas flexas pinus atque utriusque alligato hominis brachio. sursum dimittens corpus ut discerptum maximo cruciatu afficiebat. Tertius fuit a theseo intereptus in crommyone aper filius: a quo plures interibant uiribus ac magnitudine praestante. Deleuit insuper Scyronem habitantem ea loca megarae. quae ab eo Saxa scyronia uocantur. Hic uiatores cogebat: ut se ipsos praecipiti iactarent loco. deductos supra scopulum abruptum homines calce in mare iuxta chelonem proiciebat. Sustulit etiam iuxta eleusinam Cercionem certantem cum presentibus: atque ab se uictos perimentem. Deinceps procastem occidit in eo loco terrae atticae: qui dicitur Curdulus habitantem. Hic uiatores cogebat supra lectum aliquem ascendere. Quo si longiores erant: parte supereminente amputabantur: qui uero breuiore pedibus distendebantur. Aqua re procastis cognominatus est. His actis athenas ueniens aegaeum propter signa cognouit. Tum marathoniū tauum ab hercule ex creta in peloponnesum traductum athenas ab se uictum aduexit: quem egeus sacrauit Apollini. Superest ut de minotauris: quo thesei gesta absoluantur ab eo interfecto referamus. Oportet enim temporibus: quae a nobis explicata sunt cognita quo notior fiat historia describi. Tectamus Dori filii Elleni ex deualione orti cum eoliis ac pelagis in cretam nauigans insulae imperauit. Sumpta crete in uxore filium Asterium creauit. Quo in creta regnante iuppiter: ut aiunt: europam ex phoenicea creta supra taurum detulit in cretam: ex ea tres genuit liberos. Minorem rodamantum Sarpedonem. Asterius deinceps prole carens cum uxorem duxisset europam iouis adoptatis filiis regni eos reliquit successores. Horum rhadamantum cretensibus leges dedit: Minos suscepto regno cum itonem licium filiam uxorem coepisset: genuit ex ea licastum. Hic quoque cum regnaret in creta ida coribanti filia uxore ducta secundum minorem genuit: quem nonnulli iouis filium tradunt. Hic primus graecorum parata classe maris imperio potitus est. Cum despondisset pasiphaen solis cretaeque filiam: suscepit Deucalionem: Crateum: Androgeum. & ariadnem pluresque naturales liberos. Androgeus cum athenas consensu atheniensium omnium concessisset egeus regnante: inque certaminibus superaret athletas omnes in consuetudine pallantis filiorum uenit. At egeus suspicans nequando propter Androgei amicitiam a pallantis auxilio minois regno pelleretur insidijs Androgeo paratis ad spectaculum celebre proficiscentem thebas per quosdam eius regionis accolas circa Inoem terrae atticae interficiendum curauit. Cade filii perturbatus Minos athenas uenit supplicium interfectoris Androgei petens spretis eius uerbis: bellum atheniensibus indixit addita execratione: qua aduersus athenienses siccitate famemque imprecatus. Siccitatem famemque imprecatus. Siccitate tum atticos: tum reliquam graeciam urgente corruptis terrae fructibus belli duces quomodo hec mala auerti possent deum consulere. Is iussit eos ad aecum iouis & egisne asopi filie adire iubereque: ut pro se uota faceret. Quibus perfectis siccitas cum penes alios graecos cessasset: solos athenienses uexauit. Coacti igitur sunt rursum a deo implorare tantae remedia calamitatis. Hanc defuturae deum ferunt respondisse: si non pro Androgei cade minoi quas uellet poenas dedissent. parentibus deo atheniensibus praecipit Minos pueros septem totidem uirgines singulis annis minotauris quoad uiueret: uorandos tradi. His datis defecit siccitas. A bello astinuit Minos. annis septem transactis rursum cum in regionem atticam cum magno exercitu transisset minos: ac bis septem pueros petisset: traditi sunt. Theseus cum esset nauigaturus: accessit ad gubernatorem egeus praecipiens: si minotaurum superasset filius: ut albis uelis portum intrarent: nigris quemadmodum & antea in ioniam fecerunt: si perisset. Theseus in cretam cum nauigasset: ariadne minois filia eius specie ac decore capta & consilium operamque dedit minotauri occidendi & labyrinthi egressum edocuit. Deinde cum ariadne noctu clara recedens in insulam appulit aliquando diam nunc uero nassum uocitatum. Eo tempore dionysium ferunt pulchritudine Ariadnes captum cum a theseo uirginem abstulisset uxorem illam ab se pretermodum dilectam duxisse: Post eius obitum propter singularem amorem honore immortalium

Atreus  
lycinnius  
alcmena  
dea  
Aeginio  
Dorus  
lyndum  
ilifum  
camyrum  
theseus  
aethra  
pitheus  
chorynetus  
Coryna  
Schinon  
Aper  
Shiron  
scyronia  
saxa  
chelone  
cercyon  
pucstes  
curdulus  
marathoni  
taurus  
tectamus  
Crete  
Asterius  
Europa  
Minos  
Rhada  
mathus  
Sarpedon  
leone  
licastus  
Ida  
minos  
se  
cundus  
Pasiphae  
deucalion  
Crateus  
Androgeus  
ariadne  
Aeacus  
minotauri  
pueri  
Theseus  
Diam  
nassos

dignatus coronam ex astris ariadne in caelo constituit. Verum eos qui cum theseo nauigabant ferunt aegre admodum raptum uirginis ferentes propterque dolorem egei mandatorum oblitos nigris uelis in atticam peruenisse. Quod egeus cum aspexisset existimans theseum filium peremptum re heroicam aggressus ex arce ob dolorem semet precipitavit. Post patris interitum theseus regno succedens constitutus legibus populo imperauit: multaque egit ad amplitudinem ciuitatis spectantia in quis illud fuit insigne quod plurimum populum athenas ad habitandum induxit. Qua ex re uiribus & auctoritate aucta ciuitas graeciae principatum tenere uisa est: Verum ad ea quae de theseo supersunt redeundum. Deucalion maior natu filiorum Minois cretae imperauit in ita cum atheniensibus belli societate phedram filiam theseo despondit. Qui cum post ductam uxorem hippolytum ex amazone genuisset: in trizena misit sorori ethrae nutriendum. Ex phedra Athamatum suscepit ac demophontem. paulo post hippolytum cum athena ad misteria uenisset a phedra pro pulchritudine amato est: quo recedente phedra templum ueneri in arce uide in trizena conspecto erat condidit. Cumque ad pitheum cum theseo diuertisset hippolyti concubitum petiit. illo scelus abnuente moleste id ferens nouera athenas reuera hippolytum quod se uitare uoluisset: apud theseum accusauit. ille dubitans uerum ne crimen esset rem ad hippolytum per internuntium detulit. Ferbatur tunc forte equorum curru hippolytus: Cui calumnia audita labenti animo frenae manibus exciderunt. turbati equi excussis habenis currum praecipitem egerunt. Quo effracto hippolytus uestibus implicitus atque ad terram delatus interiit. Ob eius ante optime actam uitam trizeni deorum illi honores impendere. Theseus his turbatus calamitatibus pulsus patria apud hospitem functus est uita. athenienses penitentia ducti ossibus thesei athenas traductis: & illum coluerunt pro deo: & templum sibi intra urbem asilum: quod ab eo theseum dictum est constituere. Nunc de raptu helene de qua perithoi erga proserpinam amore: gestis enim thesei sunt immixta dicendum. Perithous ixionis filius defuncta hippodamia uxore polypito filio superstita athenas ad theseum uenit: cuius uxor phaedra cum defuncta esset suauis ei helenae louis ac lede raptum. Ea tum decimum agebat annum omnes ceteras decore ac modestia excellens. lacedemonem profecti capto tempore helenam communi consilio athenas aduexere. Deinceps inter eos sorte iacta utrius esset sponsa helena futura: ea tamen adiecta condicione: ut his pro quo fors cecidisset. socio coadiutor ad alteram quaerendam uxorem foret. idque iureiurando cum firmassent: sorte theseo euenit. Quod factum cum egre ferent athenienses: timens Theseus helenam in Aphidriam unam ex atticis urbibus deduxit. eius cura ethre matri multisque ex amicis permissa. Perithous cupiens proserpinam uxorem habere consilium cum theseo comunicauit. Verum cum propter rei impietatem a proposito eum auertere conaretur: ubi illum perseverantem inque iusiurandum uim a proserpina raptum se adigi uidit coadiutorem se prebuit. Cum ad inferos descendissent uterque ibi captus. Sed postmodum in gratiam herculis liberato theseo perithous apud inferos detentus luit sempiternas suae impietatis penas. quidam scriptores tradunt ambos redisse ab inferis. Eoque tempore Dioscurus helenae fratres cum exercitu Amphidriam profectos capta euerisq; urbe Helenam adhuc uirginem captiuamque ethram. thesei matrem lacedemonem uexisse. Rea postulat: ut de septem ducibus: qui thebas profecti dicuntur scripturi belli causas a principio ordiamur. Laius thebanorum rex sumpta uxore locasta creontis filia cum diutius caruisset liberis: oraculo consulto an esset filios habiturus responsum tulit: non conducere sibi prolem habere. Nam qui ex eo prodiret filius patrem occisurus esset aduersaque fortuna domum funestaturus. post quod responsum praecipit natum infantem traiectis primum ferro pedibus exponi: unde & oedibus cognominatus est. Sumptum puerum in domestice cum non exposuissent: cuidam seruili mulieri nomine polybie tradidere. Cum iam uir factus esset: deum de infante exposito consulere statuit laius. Oedibus quoque a quodam se fuisse expositum certior facta & ipse pithiam qui sui parentes forent oratum perficerebatur. Cum ambo apud phocidam iuicem obuiaissent: Laiusque illum deuia caedere superbis madasset: Oedipus ira motus laium occidit inscius patrem esse. Eo tempore tradunt sphingem beluam biforme uenisse thebas. propositumque enigma: quod oedipus qui non soluerent pient. Ex quo plures ob rem dubiam interierunt. Soluenti premium locastae conubium & thebeorum regnum propositum erat. Verum nullus excepto oedipo enigma soluere ualuit: id erat eiusmodi Quod animal bipes idem tripes ac quadrupes foret. Ceteris addubitantibus solus oedipus ait hominem id animal esse. Qui infans quatuor iret pedibus: auctus etate duobus: iam senior factus tribus: nam baculo tanquam tertio pede sustentaretur. Sphinga suo iudicio uicta se ipsam ex loco excelso precipitavit. Oedibus ignotam matrem uxorem sumpsit. quatuorque ex ea genuit liberos Ethiocle: polynice: antigonam: & isminem. Hi cum ad etatem puenisset domestica impietate cognita oedipum coegerunt ob dedecus non egredi domum: ipsi sumpto regno foedere inuicem sanxerunt: ut singuli alternis annis imperarent. Primusque imperii annus ethiocli cederet maiori natu: is a sexto anno petenti ex foedere renuit tradere regnum fratri. Qua ex causa in arges ad Adrastum regem confugit. Hoc tempore tideus oenei cum in calydone Alcatum lycotheumque nepotes occidisset. ex etholia aufugit in argos. His adrastus benigne susceptis quodam responso motus utriusque filias uxores Dedit Polynici Argiam Dii phylem Tydeo Adolescentes cum a rege probarentur magnaque eorum uirtutis expectatio uideretur

ariadne  
corona  
aegei  
mors  
Deucalion  
phaedra  
hippolytus  
athamatus  
Demophon

Theseus  
perithous  
polypito  
helenae  
raptus

aphidria  
aethra  
proserpia

helenae  
cepta

Laius  
locasta  
oedipus  
polibia  
Sphinx

oedipus  
Ethiocles  
polynices  
antigona  
ismene  
adrastus  
tydeus  
alcatuf

ambos in patriam pollicitus est se reducturū. Verū cum censeret primum debere polynicem restitui ferunt regem ad ethioclem destinasse Tydeum quinquaginta uiros ab EthioCLE in insidiis in itinere positos occidisse: ad argosq; preter opinionem redisse incolumem. Hæc adraustum impulerunt: ut q̄ ad bellum spectabant pararet. ac iuit autem ad belli societatem Capenum. Hippomedontem parthenopeum atlantis schinei. Suadebant amici polynicis: ut ad bellum amphiarus uates duceretur. at is cum præuideret si ei bello afforet se periturum idq; propterea recusaret ferunt polynicem aureum torquentem a uenere Hermione datum Amphiaro uxori: quo belli societatem uiro persuaderet donasse. Eo tempore Amphiarus Adraustusque de regno dissidentes ad Eriphilis amphiarai coniugis adrausti sororem omnem dissensionum iudicium rettulerunt. illa pro amphiarao sententiã tulit: adiiciens ut belli thebis inferendi socius adiutorq; esset. amphiarus existimans se ab uxore proditum ad bellum sponndit se aditurum. Sed alcmeon filio imperauit: ut potest suum obitum eriphilen perimeret. Quod patris mandatum postea executus facti consensu in insaniã uersus ē. adraustus polynices ac Tydeus ab bellum ituri quattuor elegerunt duces. amphiarum. Capaneum. hippomedonta. & parthenopeum. Qui omnes magno exercitu aduersus thebas profecti sunt. Ethiocles ac polynices mutuis uulneribus confossi conciderunt. capaneus magno impetu scalis murū ascendens mortem oppetiit. amphiarus in terre hiatum cum curru delatus absortusq; nunquam postea uisus est. eodem pacto & reliqui duces omnes preter adraustum multiq; preterea mortales occubuerunt: quorum sepeliendorum facultas a thebanis cum denegata esset in sepultos sinens adraustus ad agros rediit. Cū nullus auderet hos tumulis condere soli athenienses qui ceteros uirtute anteibant: omnes sepeliuere. Hunc belli uitæq; finem septem qui thebas oppugnatum iure fortiti sunt. at uero filii mortem parentem uultu communi consilio contra thebanos mouerunt arma. Dederat responsum apollo eã se ciuitatem expugnaturus si alcmeonem amphiarai filium imperatorem sibi constituisent. hic ab illis dux factus deum & de thebano bello consuluit & an matrem Eriphilem puniret. Respondit apollo utruque faceret non solum quia monile aureum mater in necem paternam. sed & peplum quoq; ob filii interitum acceperit. Venerem aiunt quondam armonia Cadmi & monille donasse & peplum. ambo hæc habuit Eriphiles. alterum a polynice alterum a therandro polynicis quo filium ad expeditionem thebanam hortaretur: alcmeon igitur cum milites ad bellum plurimos ab argis parasset: ab urbibus quoq; finitimis accersito p̄sidio exercitum contra thebas duxit. acerrima cum thebanis commissa pugna alcmeon uictoria potitus est thebanorum attritis uiribus multisq; amissis ciuibus cum essent impares uiribus omni spe destituti consilium a Tyresia qui diuinator erat exquisiuit. Hic thebanos ex urbe iussit abire. hoc solummodo illos conseruari posse. iuxta tyresia dicta urbem liquentes auferere noctu in horam boetia quæ tilphosea appellatur. Thebe capte ac diruta sunt. Tyresie filiam daphnen postea cum uictores cepissent in delphos uoto suscepto misere oblationem deo. Ea diuinandi artem edocta in delphis degens multo magis eam scientiam calluit. Itaq; natura admirabilis plurima scripsit uarii generis responsa. Cuius ex uersibus homerum poetam ferunt multa adornatū sui p̄ematis sumpta transfulisse. Cum hæc sæpius Dei spiritu ferretur: multa que traderet responsa Sybilla ab omnibus cognominata est: Nam plenam Deo Sybillam esse idem notat. Victores uero urbe direpta in patriam quisque multis cum spoliis reuersi sunt. Ex thebanis qui in tilphosium confugerant. Tyresias defunctus est: quem sui Ciues magna cum pompa sepeliuere deorum sibi honores tribuentes. Deinceps aduersus Dorienſes armis motus pugna superatos ex eorum patria eiecerunt. Transacto paululum temporis quidam ex eis iunonis sedibus mansere. Quidam athas profecti sunt. Creonte Menicei regnante patria pulsi paulo post i dorida remeant in crineo tincog; & Euboia habitantes. Antea boetus arnes neptunni filius migrans in æolidem quæ nunc thessalia dicitur. eos qui secum acceſſerant boetos uocauit. Sed de Aeolidibus paucis dicendum priscis temporibus cum ex filiis eoli qui fuit ellinis ex deucalione nati ceteri. quæ dicta sunt loca habitauerunt solus minas in æolide regnauit. Eius filius hippotes ex Menalippe eolum genuit. Huius arnes filiam neptunus cognouit. Qua de re indignatus pater Metapontio aduene qui tum casu aduenerat eo pacto arne dedit: ut illam in metapontum deduceret. Vbi duos peperit filios Eolum ac Boetum. Quos Metapontius liberis carens quodam motu oraculo adoptauit in filios. Hi iam uiri facti orta uiuente metapontio seditione regnum obtinuerunt: postmodum dissensione inter arnem Autosipen peremere. Eam rem grauius ferente metapontio illi preparatis nauibus cum matre multisque amicorum mare ingressi Eolus quidem ad insulas tyrreni maris appulit que ab eo eolides sunt appellata: ciuitatemq; condidit quam liparam uocauit. Boetus uero ad eolum uenit Aruis patrem a quo loco filii nutritus est: postmodum eolidis regnum possedit. patriam omnem a matris nomine arne populos appellauit ab se boetos Itonus ex boeto ortus quattuor suscepit filios. Hippodamum Electriõ Archylicū Alegenorē. horum hippodamus Eleum genuit. Electriõ letum. Alegenor Elonium Archilycus Protherorem & Archesilaum: qui ad troiam iere boetorum exercitus duces. Nunc salmoneum Tyrūq; & eorū usq; ad nestorem qui troiano iter fuit bello posteros referamus. Salmoneus ex æolo de ucalionis est ortus. qui ex eolide cum magna suorum manu profectus constitit in elea apud fluiuium

lycothe  
us  
Argia  
Diiphi  
le  
Amphi  
arous  
Eriphi  
le  
Alcme  
non  
Capane  
us  
Hippo  
medon  
Amphi  
arius  
Adraust  
Alcme  
on  
Eriphi  
le  
Tyrrhesi  
us  
Tilpho  
sea  
Thebæ  
daphne  
Sybilla  
quid  
Tyrrhesi  
as  
Boetus  
Arnes  
Aeolis  
Thessalia  
Aeolus  
Minas  
hipotes  
Manali  
pe  
Aeoli  
des  
lipara  
Boetus  
Arnes  
Itonus  
hippo  
damus  
Electriõ  
Archy  
licus  
Alege  
nor  
Eleus  
Lætus  
Elonius  
pteror  
Archesi  
laus

Alcidi-  
ce  
Sidera  
pelias  
Neleus  
Anitha-  
on  
phereto  
Eson  
Creteus  
Melápo  
Iphiani-  
ra  
antipha-  
tus  
Bias  
Mantus  
locleus  
Hipme-  
stra  
polybia  
Amphi-  
ania  
pilos  
Cloris  
perycli-  
meus  
Nestor  
peneus  
ipsæus  
Stilbia  
lapithus  
Centau-  
rus  
eurione  
phorbas  
pyphas  
lapithæ  
Aegeus  
Actor  
Asta-  
gala  
Antion  
ison  
pithous  
Cetauri  
hippocæ-  
taurei  
pholæ  
Aescula-  
pius  
coronis  
Cyclo-  
phum  
mors  
podaliri-  
us  
Asopus  
peneus  
philius

alpheum Vbi ciuitatem a suo nomie Salmoneâ cōdidit supra uxore alcidice elei filia genuit ex ea Ty-  
ream de core formaq; eximiam. Alcidice defuncta sideram uxorem duxit: quæ tiream ut nouerca ce-  
pit odisse. Salmoneus ob superbiam atq; impietatem contracto subditorum odio iouis fulmine con-  
flagrauit. Eius deinceps Tyrea filia adhuc uirgo ab neptuno cognita peperit peliam ac neleum. post-  
modum ex creteo amithaonem genuit: feretumq; & Esonem. Cum diem suum obisset. Creteus or-  
ta inter peliam Neleumq; regni contentione pelias iolco finitimeq; regioni imperauit: Assumptiq;  
melampode ac biante. Amythaonis Agleieq; filiis quibusdamq; ex acheis phithiotiq; ac eolibus ad-  
uersus peloponnesum exercitum duxit. Melampus cum esset diuinator arguias foeminas propter di-  
onytii iram fanaticas ab isania curauit. Cuius rei gratia Anaxagoras meagapenthi arguiorum rex  
cum donauit duabus regni partibus. hic agris cum moraret biante frate consorte regni facto uxore  
cepit Iphianiram filiam megapenti: ex qua protalit Antiphatum. mantum. Biantem. pronœm ex an-  
tiphato ac zeusippo hippo coontis locleus Amalcheusq; orti sūt locleus hypermestraq; Tespi iphia-  
niram polibiam atq; amphianium genuerunt. Hoc pacto Melápus ac bias eorumq; posteriq; argiuorū  
imperium tenuere. Neleus cum his qui eum secuti erant in messenem transiens accolarum uolunta-  
te condidit urbem pilum. cui cum imperaret uxorem sumpsit Chlorem amphionis thebani natam:  
ex q; ea duodecim filios suscepit. Quorum senior perydimeus extitit. Iunior Nestor qui bello interfu-  
it troiano & de progenitoribus Nestoris haectenus. Nunc de laphitis & centauris differemus. Ex oce-  
ano ac tecti plures filii secundum fabulas manarunt a fluminibus cognominati: in quis fuit peneus: a  
quo accidit peneum in thesalia dici. Hic ex nympha creusa liberos suscepit ipseum ac Stilbyam. Quā  
cum cognouisset apollo Lapitū ac cetaurum genuit. Lapithus locis circa fluuium peneum ad habitan-  
dum lectus cum ibi imperaret Eurionem Arfinoi uxorem duxit: ex qua duos suscepit filios phorban-  
tē ac periphane regni paterni heredes. Populi oēs a laphito laphitæ appellati sūt. phorbas cum in ole-  
num transcendisset accersitus ab Alestore boetiorum rege tunc pelopis uires formidante cleorum  
regnum ab eo cepit. huius filii egeus actorq; paterno successere regno. periphas alter laphiti natus ex  
astiagea uxore ypei filia octo genuit liberos quorum natus maior antion ex melate Amythoni suce-  
pit ixionem. hic ut tradunt dona plurima esioneo pollicitus despondit eius filiam cliam. ex qua genu-  
it perithoum. Verum cum ixion nequaquam promissa uxori tradidisset esioneus pro iis equos illius  
cepit. Tunc ision pollicitus se quæ promiserat daturum accersitum a se esioneum in foueam ardentē  
coniecit. Quæ crudelitate cum nullus eam cedere purgare uellet ab ioue ut fabule tradūt demum pu-  
rificatus iunonem stupri interpellare ausus est. Quæ re cognita iuppiter nubem in forma iunonis cū  
interposuisset: ixion eo concubitu centaurus genuit. Tradunt tandem ixionem scelerum magnitudi-  
ne ab ioue rote aligatum perpetua post obitum torqueri cruciatus pena. Centauros nonnulli uolunt  
in pellio a nymphis nutritos postmodum equos subagitasse: Ex q; eis hippocentaurus natus. Creditū  
q; primi equitare ausi sint. eorū natam fabulam ueluti equi essent hominib; natura. Hos ferunt tanq;  
perhithoi cognatos partem regni paterni ab eo postulasse. Quod reuerti bellum a laphitis illatum  
est: Sed eo cessante postmodum: cum perithous hippodamiam despondisset theseo ad nuptias ac cē-  
tauris uocatis illi uino ebrii feminisq; i nuptiis erat uim afferre conati sunt. Quæ iniuria tum theseus  
tum laphitæ permoti multis centauris peremptis reliquos e ciuitate eiecerunt. hanc ob causam cen-  
tauri una aduersus laphitas profecti plures interfecere. Qui cedi superfuerunt partim in pholoen ar-  
chadie pfecti sūt: pti i malea hitarūt. hi rebo secūdis elati ex pholoie egressi ad pdādū ppiguos græcos  
eis occiderūt. Nūc de Aesculapio eiusque posteris referedū. Aesculapius tradit Apollinis corōidib;  
fuisse filius. Qui natura ingenioq; pclarus medicine opa ipēsa plura ualitudini hoīum utilia adiuēit.  
Adeo autem peritia artis excelluit ut q; plurimos desperates sanitatem liberaret a morbo propterea  
que ereditus sit nonnullis defunctis uitam restituisse. ob eam rem tradunt ipsum apud iouem ab in-  
feris accusatum tanq; eorum imperium diminuentem. Quod semper excitarentur a mortuis homi-  
nes illius cura eaq; causa exacerbatum iouem fulmine esculapium occidisse. Hac morte Apollo iratus  
ciclopes qui id flumen fabricarant interfecit. Quo facto indignatus iuppiter iussit Apollinē homini  
in penam errati feruire. Aesculapius filios reliquit Machaonem & podalirium qui arti paterne dediti  
cum ad troiam cum agamemnone accessissent plurimum grecis in eo bello in curandis summo stu-  
dio uulneribus opitulati sūt magnam ob id gloriam adepti. Meritis quorum immunitas rerum om-  
nium post bellum est cōcessa. Sed his haectenus. Nunc de asopi filiabus zaciq; liberis scribendum. Ex  
oceanō ac tethide fabulæ tradunt ortos esse filios plures: a quibus flumina cognominata sunt in quis  
peneus Asopusq; extiterē. peneus in thesalia sedem eligens fluuiū nomen indidit. Asopus cum philiū  
tem ad habitandum elegisset. sumpta in uxorem Methopeladoni duos suscepit filios pelāsum atq;  
isimenū. Filias duodeci imeno i boetia hitauit iuxta fluuiū quē a suo noīe ilmenū cognomiāruūt. ex fi-  
liab; Siopes ab apollie rapta i eū locū delata ē: ubi nūc ē urbs ab ea sinopes dca hōz filius syrus his ipi  
uit q; ab eo syri sūt appellati. Corcyra uero rapta a neptūo i eā insulā delata ē: quā ab ea dixere corcyrā  
ex his natus est phæacus: a quo phæacum nomen cepit. pheaco filius extitit Alcionus: qui uixem in  
ithacā deduxit. Salamis quoq; a neptuno rapta est aduectaq; in insulā ab ea Salaminam appellatam.  
ex ea neptunoq; genitus: Cenchreus imperauit huic clarusq; inter oēs serpētem mire magnitudinis

qui incolas uexabat occidit. Eginam ex phliunte iuppiter rapuit: inque insulam aduexit: quæ ab ea est Egina dicta. ab ioue compressa genuit Aeacum qui i ea regnavit in insula. Ab eo creati sunt peleus & telamon. Horum peleus disco iacto inuitus phocum fratrem interfecit. Ob hanc cedem a patre pulsus inq phithiam thessalie fugiēs ab Actoro rege purificatus. inq regnum cum is liberis careret ascitus est. Ex peleo ac theride Achilles ortus cum agamemnonē ad troiam accessit. Thelamon ex egina abiens adit Salaminam ubi sumpta uxore glauca Cychrei salaminorum regis filie imperauit in insule. glauce defuncta Eribiam Alchati athenienis despondit: ex qua ortus Eam tus postmodum troiano inter fuit bello. Nunc cum de pelope tantaloq atq œnomaio referendum a nobis sit paulo superius histo- ria ordiēda est. In pisa peloponnesi ciuitate mars ex argina asopi filia genuit Oenomaum Hic uni- cam filiam hippodamiam appellauit. Finem uitæ ab oraculo sciscitante: responsum est tunc in fata il- lum concessurum cum filia hipodomia nupsisset. Igitur filia nuptias ueritus decreuit ut in perpetua afferuaretur uirginitate hoc maxime existimans pacto uitæ periculū se uitaturum. Multis puellā ux- orem sibi dari postulantibus illis id proposuit certamen quo qui uictus esset interficeretur. Victor uir- ginem desponderet. Equorum instituit cursum a pisa ad aram Neptunni quæ est apud isthmum co- rynthi. Cursus erat eiusmodi. Oenomaus arietem loui sacrificabat. Qui uirginem postulabat quattuor equorum ferebatur curru: Oenomaus sacris peractis cursu sequebatur precedentem au- riga mirthilo assecutum hasta quam gestabat manu interficiebat. Hoc pacto cum plures Equo- rum uelocitate permisset Pelops Tantalī qui pīam accesserat uisa hippodamia. Id concipiens con- nubium corrupto mirthylo ilius opera uictoria usus est. primusq ad aram neptunni perueit. Qua ex- re dolere actus Oenomaus existimans aduenisse responsi tempus sibi mortem consciiuit. Pelops sum- pta uxor hippodamia pīæ regnū tenuit. Qui uiribz ac prudētia isignis cū pluriōs i peloponēsū accolā deduxisset: eā patriā peloponēsū ab se denouit posteaq pelopis mēniū: necessariū uē ne qd mēoria prætereat dignum: ut & tantalum patrem superioribus adiciamus. tantalus iouis filius diuitiis & gloria isignis in ea asiæ parte. quam nunc paphlagohiam uocant habitauit plurimum diis ob generis claritatem charus: postmodum felicitatem suam insolenter ferens immortalium secreta quæ men- sæ communione usq deorum nouerat palam protulit hominibus. Qua ex causa & uiuus pœnam tulit & post obitum secundum fabulas tormentis apud inferos inter scelestos perpetuis punit. Ex eo & pelops & Niobe orti sunt. Hæc filios septē & totidem filias peperit summo decore præstātes. tali prole superbiens admodum gloriabatur se latronæ præferens numero filiorum. itaq ira motam fa- bulæ latoam ferunt: apollini: ut Niobes filios Dianæ ut filias arcu interficerent mandasse. Quibz ma- tri obtemperantibus contigit eodem tempore. & abundare filiis nioben & carere. tantalus deorum odio contracto a paphlagonia ab ilo trois pulsus est de quo & eius maioribus paucis scribemus. Pro- uincia troadi primus imperauit teucrus ex fluuio Schamandro atq idea nympa genitus. Vir quidē egregius: & qui polos subditos teucros ab se nomiauit. Teucro nata est filia batea: quam dardanus io- nis filius uxorem sumpsit. regnoq succedens gentem de suo nomine dardaniam dixit. Vrbem prete- rea sui nominis iuxta littus condidit. Huius erictonius filius primū felicitate excelluit & fortūis. Quē & homerus scribit ditissimum hominum. Cui tria milia erant equi pascentes prata. Ericthonio natus est tros: qui a se populos troadas appellauit hic tres suscepit filios: illum: assaracum: ganymedem. Ilus campestris loca ad habitandum eligens urbem insignem in troade condidit ab se ilium appellatam. huius filius laumedon tithonum genuit ac priamum: tithonus in asiam orientem uersus usq in æthio- piam militans dicitur genuisse ex ida filium nomine Memnonem: qui cum troianis presidium tullis- set: postea ab achille est interfecit. priamus ex hecuba uxore cum alios plures: tum hecstorem genuit qui uir præclarus troiano in bello fuit. Assaracus dardanis imperans Capim genuit: ex quo Anchises natus est: ex quæ eo & uenere aeneas troianorum clarissimus. ganimedes omnium formosissimus a di- is raptus est in pincernam iouis Deinceps ad dedalum & minothaurum. ad minoisq aduersus coca- lum siciliæ regem expeditionem transeamus. Dedalus genere athenienis fuit unus ex his q erechthi- dæ dicuntur. natus ex mitiono Epulami: qui fuit ex athineo erictei filio præclarus architectus fuit. hic multorum auxilio quos sibi adiutores comparauit quædam miranda effecit uariis in locis orbis opera statuis uero fabricandis adeo superauit omne ut a posteris traditum sit. signa ab eo facta cū aspiciere atq ambulare uiderentur spirantia existimari. ita enim compositio membrorum apta erat & suis partibus perfecta ut omnes ad admirationem alliceret: priores artifices ita signorum oculos manus latera crura componebant ut in multis deficerent. Auffugit at a patria dedalus iam clarus ar- chitectu a cædis ob causam huiusmodi damnatus. talus adolescens sororis filius ab eo erudiebatur: cū ingenii acumine præstaret dedalo primum rotam qua utuntur figuli adinuenit. Deinde reperta ser- pētis maxilla paruulū cū secasset lignum imitatus postea dentium serpentis spissitudinem serrā ferreā fabricauit. Qua in re multū ad architectorū artē adiuuētī cōtulit. Similiter cū reperto torno pluribz i rebz hoibz pfuisset: magna laude celebratus ē. hūc puez: dedalus iuidia motus existimās turpe esse magistru ab adolescēte gloria uici dolo illū iterfecit. Cū puez: sepelisset: doloſ mœstus cō rogareſ de eo quē sepelisset serpēte rōdit. Rē mirādā ducet qſ fortasse aiāl ex quo serræ forma sūpta eēt fecisse notā pueri cædē. Accusatus ab ariopagitis ad quendam populum: qui ab eius nomine dedali uocita-

Egina  
Aeacus  
peleus  
Thela-  
mon  
phocus  
Achilles  
Thela-  
mon  
Glauca  
Eribia  
Alchati  
Eantus  
pisa  
Oeno-  
maus  
hippo-  
domia  
Mirthil-  
lus  
pelops  
pelopo-  
neſus  
Tātalus  
paphla-  
gonia  
Niobe  
Troas  
Teucrus  
primus  
Batea  
Darda-  
nus  
Erictho-  
nius  
Tros  
Ilus  
Ilium  
Laume-  
don  
tithōus  
priamō  
Mem-  
non  
Hecuba  
Hector  
Assara-  
cus  
Capis  
Anchi-  
ses  
Aeneas  
Gani-  
medes  
Dedalus  
Talus  
Rota  
Serra  
Tornus

**Dedali** ti sunt. In cretam deinde transcendens cum magno in honore propter artem haberetur in minois regis amicitiam uenit. Tradunt fabulæ pasiphæen minois uxorem cum thaurum adamaret signum bo ui simile a dedalo factum. Eoque modo thaurum suppositam desiderio potitam esse. Ante hoc tempus **Minos** minoem quot annis ferunt speciosissimum, omnium thaurum neptuno solitum de more sacrificare, cum ei thaurus esset, cæteris præstantior alium sacrificauit deteriore. Qua ex re iratus minoi Neptunus eius thauri amore pasiphæ iniecit, cui arte dedali supposita decantatum fabulis genuit mino- traurum natura duplici: ut qui usq; ad humeros thaurus cætera homo esset. Ad hoc nutriendum mō- strum aiunt a dedalo laberinthum fabricatum difficiles habentem egressus & inscius penitus irremea- biles. In quo recluso minothauro septem athenienses pueri totidemque uirgines singulis annis prout antea diximus dabantur. Dædalus iram Minois ex boue a se fabricato conceptam tumens abicessit ex creta pasiphæ auxilio nauem ad effugiendum prebentis post eum fugiens icarus filius cum insu- lam quandam peteret in mare decidens perierit: a quo & insula dicta est & pelagus icareum uocatum. Ex hac insula abiens dedalus in siciliam appulit ad ea delatus loca ubi cocalus imperabat: a quo huma- niter susceptus est: ac propter ingenium præstans famamq; eius summa beniuolentia habitus. Tra- dunt quidam: cum adhuc increta esset dedalus & a pasiphæ absconditus, minoem regem expetentem meritis ab eo pœnas cum non reperiretur & naues omnis insulæ scrutari mandasse & simul pecuni- as pollicitum: si quis dedalum inuenisset. Ac ipse desperato nauis transitu allas summa arte fabricauit quas cera compactas cum suo filiiq; corpori applicuisset: amboq; supra mare aduolarent icarus cum altius iter tanq; adolescens peteret iolis æstu cera liquefacta laxatq; alarum iuncturis in mare decidit Pater propter mare delatus alis sæpius madefactis ad siciliam peruenit incolumis: quæ fabula quâuis uideatur miranda tamen eam uoluimus rescensere. Dedalus apud cocalum ac sicanos spiritus cōmo- ratus est preclarus architecturæ artis præstantia: Aedificauit in insula quædam: quæ adhuc permanet opera. Nam prope megaram fecit eam quæ dicitur lymbethra. Ex qua ingens fluuius Alabos nomi- ne in mare propinquum effluit. iuxta eam quæ nunc est acragantina in loco qui dicitur camicus urbē supra petram effecit: ut quæ expugnari nequeat munitissimam: illius ascensu ita arcto difficultiq; reddi- to: ut aditus tribus aut quattuor uiris custodiretur. In hac urbe Cocalus regia constructa thesaurum omnem in ea tanquam inexpugnabili condidit: Tertio ædificauit in ora Selinuntina antrum, ex quo ita euaporabat ab igne fumus: ut astantibus paulatim sudor ex calore eliceretur: curarenturq; cum uo- luptate adeuntium corpora nulla caloris molestia precepta. Est iuxta erycē saxum præceps præru- ptum: ultra modum editum: per cuius abrupta angustum difficulteq; erat iter ad ueneris templum. in eo ducto muro aditum reddidit latiore. Multa præterea a dedalo opera constructa in sicilia sunt tē- porum uetustate corrupta. Aureum insuper arietem ueneri & erici posuit ea ingenii arte sculptum: ut uiuus extimaretur. interim minos classe potens cognita dedali in sicilima fuga statuit eum bello p- sequi: præparatis nauibus e creta profectus in acragantiam appulit: quæ nunc ab eo minoa uocatur. Expositis copiis per nuntium a Cocalo tradi sibi Dedalum ad pœnam poposcit. Cocalus minoe ad colloquium arctio quod postularet se facturum pollicitus domi receptum cum i balneis lauaretur adeo in longum tempus in thermis detinuit: ut nimio æstu suffocaretur. Eius deinde corpus creten- sibus reddidit prælata obitus causa: q; i lauacro ex lapsum aqua calida perisset. eius corpus milites ma- gnifice sepeliuerunt: sepulchro ei duplici constructo. Vno in quo posita sunt occulte minois ossa. Ali- ud palam ædificato ueneri templo: quod multis seculis posteri ut templum ueneris coluerūt. Postea cum acragantines regnante apud eos Thuono urbem conderent repertum sepulchrum ossibus in cretam missis demoluere. Creten sibus qui defuncto minoe in sicilia absq; imperio remanserant in uicem dissidentibus quidam qui sicanis assueuerant contempta patria in sicilia māsere. Horum pars ciuitatem condidit: quam ab eorum rege dixerunt. Mino est Pars per littus errans locum munitum condende urbi elegit: quam a fonte in urbe fluente engyam appellarunt. Post captam uero troiā Me- rionum creti & cum eo cretenses nauibus in siciliam delatos ueluti cognatos in ciuitatem susceperunt. Hi postea ab ochyra urbe recedentes expunatis nonnullis finitimis eorum regiones possederunt. Au- cti postmodum opibus templum matribus ædificauerunt precipuo eas cultu deas multiq; templum donis honorantes. Has ex creta aiunt ubi maxime colunt aduectas iouem olim clam patre saturno educasse: quo merito in celum sunt in astra: quæ arctos dicunt translate. Hæc & aratus i suo de astris oppere confirmat inquires eas propter iouem occulte nutritum in celum ascendisse. Neque uero equum uidetur harum, dearum presens hominibus numen & cultum preterire. Nam eas non solum huius urbis acolæ: sed etiam ex finitimis quidam sacris solemnibus & aliis honoribus celebrat. Que- dam urbes etiam pretio uasa earum cultui deputarunt. Futuram enim existimans & priuatis & hu- iusmodi cultu felicem uitam & urbibus diuturnam. Vsq; adeo autem istarum dearum creuit religio ut acolæ permultis aureis atq; argenteis usq; ad scriptorum tempora donis exornarint. Templum quippe ipsis ædificatum est ingens ac sumptuosum: ad cuius structurā cum loci natura non suppete- ret ab Astygitone agyrineorum quæ centum ab eis distat stadis saxa aduehi magna impensa cu- rarūt: Cū uero iter quo necesse erat lapides ferri asperq; eet ac difficile trāsitu q̄tuor rotarū curribus ad id p̄paratis centū iugis bouū lapides delati sunt. Sacrarū enim pecuniarum copiarū i peniam tāti opis

**Icarus**  
**Cocalus**  
**Dedalus**

**Lymbethra**  
**Alabos**  
**Camicus**  
**Cocalus**  
**Eryx**  
**Aries**  
**Minoa**

**Minos**  
**Engya**  
**Ochyra**  
**Arctos**



contempere. paulo ante hæc tempora erant eis deabus sacri boues ad tria milia agri adeo permulti ut magnum uictigal preberent. Nunc aristei acta sequentur. Hic ex apolline ac Cyrene ipsei filia genitus est de cuius genere quidam ita tradunt. Cum cyrenes apud peleum uirgo educaretur. Apollieus forma captus raptam uirginem in libyam detulit ad ea loca in quibus postmodum ciuitas condita est ab eius nomine cyrenes. Ex ea filium suscepit Aristeum: quem infantem tradit nymphis nutriendum a quibus triplici nomine est appellatus. Nomius. Aristeus. Agreus. Ab his nymphis cum lac coagulare mel atque oleum conficere didicisset primus ea in usum hominum traduxit. A posteris ut deus meritis honoribus sicut & Dyonisius cultus est. profectum deinceps in boetiam aiunt Authoem cadmi filium uxorem sumpsisse. Ex qua genitus est aceteon: quem fabulae ferunt a suis canibus disceptum. Cuius rei causa ea traditur a nonnullis extitisse: quod dianæ concubitum cum uenaretur in montibus iuxta templum sitis appetierit. Alii quod se illi aceteon pretulerit uenandi arte. Vtrumque uerisimile est ad iram deam incitasse. Siue enim defuetam nuptiis uirginem ad suam quesiuit cupiditatem traducere siue ausus est se illi in uenationibus anteferre. Cum etiam dii in eo exercitio illi cedant: merito irata dea eum in beluam quæ a canibus laceraretur conuertit Aristeum aiunt post aceteonis obitum tum ad oraculum adisset patris Apollinem respondisse futurum esse ut chylum insulam adiret: in qua ei honores impenderentur. Cum in eam nauigasset orta per uniuersam græciam peste sacra pro græcis syrii: astri tempore fecisse dicunt. Hisque actis etefus flantibus uentis morbum cessasse. Miranda profecto res huic homini priuatim contigit. Nam his qui filium a canibus interemptum conspexit & astrum celeste: quod ex nomine perniciem inferre mortalibus putant ad salutem uertit: & cæteris extitit causa salutis: postea nepotibus in chio relictis in libyam ad matrem nympham rediit. Ac deinde in insulam sardorum profectus in ea constitit. Captusque insulæ amenitate consitis arboribus ex agresti reddidit cultiorem ibi duo genuit filios Charinum ac Challicarpum. Ad alias quoque insulas cum accessisset in sicilia aliquodiu comoratus est: in qua cum uariis fructibus armentisque referta eēt singulorum usum edocuit Quo beneficio sicili & hi precipue apud quos nascuntur oleæ pro deo summo honore coluerunt. Tandem ferunt in thraciam ad Dyonisium transgressum & percepisse orgia & diutius cum eo commoratum multa ad uitam utilia didicisse. Cum aliquandiu in monte qui Emos dicitur habitas postmodum non comparuisset deorum immortalium honores non solum a barbaris: sed a græcis quoque affectus est. Post aristeum daphnis atque erix adiucuntur. Ericem tradunt ueneris ac buti regis cuiusdam indigene insignis gloria filium extitisse. Hic propter nobilitatem maternam preclarus apud homines fuit: & impetrauit insule parti. Condidit quoque super locum excelsum ex suo nomine ciuitatem preclaram in cuius arce matri dicato templo & uasis illud & uariis ornauit donis. Eam uenus urbem tum incolentium religione tum filii pietate allecta plurimum dilexit: a qua uenus ericina dicta est. Mirabitur quis fortasse huius templi famam. Nam cum aliorum templorum gloria ad summum perducta quandoque aliqua obducta sit calamitate. Solius templi huius cultus atque honor a primordio cepti nunquam deferunt semper in melius aucti. Et quidem preter honores ab Ericem institutos æneas postmodum ita hanc petenscum in siciliam appulisset plurima dona ueneris ueluti matris templo ottulit. Sicani deinde multis post seculis hanc ueneratideam eius templum sacris donisque permultis ornarunt. Ab atheniensibus postea qui eam partem siciliæ tenuere. Venus precipue summo studio culta est. Romani postremo uniuerse insule imperantes superiores omnis in huius deæ cultu haud immerito excesserunt suū genus in hac referentes propterque eam prospera usi in rebus fortuna eorum imperii causā merito gratia honoreque profecti sunt. Consules enim militesque qui in insulam transcendent ac omnes qui cum imperio aliquo illuc adeunt: cum ad ericem ueniunt: precipuis sacris honoribusque templum uenerantur: omni que abiecta imperii seueritate in puerorum ac mulierum remissionem hilaritatem que conuersi solum eo pacto gratum eorum aduentum esse deæ putant. Senatui eius deæ cultus atque honor cura præcipua fuit. Statuit enim in eius honorem fidelissimas sicilie urbes decem & septem numero aurum ueneri conferre. Milites quoque ducenti ad eius templi tutelam deputati sunt. Sed de hac dea satis: nunc ad daphnidem ueniendum. Sunt montes in sicilia quos Erii uocant: Hos loci natura tanquam continua estate amenos atque uberes reddit. Fontes sunt in eis quercus crossiorem quam qui apud alios uascuntur fructum reddunt domestice etiam arbores & uitæ permultæ copia quingenti mala nascuntur. Adeo autem fructiferi montes existunt ut aliquando carthagenensium exercitum permagnum fame superueniente abunde nutrierit. In huius regionis silua admodum amena: in qua diuertebantur nymphe. Ex mercurio & nympha daphnidem natum tradunt: qui a laurorum multitudine quæ in ea frequentes sunt appellatus est daphnis: Educatus a nymphis bouum permulta possedit armenta. A quorum cura bucolos dictus est. Cum esset ingenio acri studiumque plurimum gubernandis bobus impenderet carmen bucolicum: quod etiam nunc usque a siculis in precio habetur aduenit. Tradunt insuper illum in dianæ gratiam uenandi studio impendisse. operam: eamque fistula & cantu bucolico apprime oblectasse. huius amore capta Nympha perdisisse illi tradunt si cui alteri iungeretur se illum uisu priuaturam. postmodum quodam regis filia ab se ebrio stuprata oculis ut prædictum fuerat captus est. Sed de daphnide iterum refertur. Nunc de orione paucis scribendum uidetur. Ferunt hunc tum magnitudine tum roboæ corporis heroas excedentem & uenatorē fuisse.

Aristheus  
Cyrene  
Agreus  
Lac  
Mel  
Oleum  
Authoem  
aceteon  
aristheus

Charinus  
Challicarpus  
aristheus  
Emos  
Erix

Venus  
Ericina  
æneas

Erii  
daphnis  
Bucolos  
Bucolicum  
car  
men  
Orion

Zachlis  
Messa  
na  
Sicilia  
Rhegiū

se & opera effecisse multa amore laudis. Nam zachloto in sicilia regnante urbem ab eo dictam zachli quæ nunc messana est edificauit. portum præterea iacta mole ædificauit nomine construxit. Quoniã messane mentio incidit haud ab re erit quæ de eius freto feruntur recensere. Tradunt præterea scriptores siciliam olim fuisse italiae coniunctam: sed postea ex huiusmodi causa insulam euasisse. Quæ parte angustus continens ab utroque maris lateræ estu collidebatur. Dirupta maris fluctibus terra aq̃ peruiam fecisse aqua terræ scissura regius is locus appellatus est: ac multis postmodum annis condita ibi ciuitas idem fuit nomen sortita. Quidam tradunt terremotu scissum continentem dedisse mari locum. Ac propterea diuisam a continenti siciliam insulam effectam Hesiodus poeta contra sentit. Ait enim operto mari promontorium qui iuxta pelorum motu est exaggerasse orionem inq̃ eo templum neptuno quem incole præcipuo honore colerent fabricasse. Quod opus cum cõsumisset ad Euboeam diuertit. Deinceps propter famam inter astra annumeratus immortalis nomen adeptus. Quam rem homerus quoq̃ in necyia plurimum uersuum testimonio asserit. postea uero q̃ de hominibus ac semideis prout a principio sumus polliciti scripsimus finem huic libro statuemus.

Explicit Quintus: incipit sextus. in Quo Hæc continentur omnia.

De his quæ fabulose de sicilia feruntur: & de figura & de magnitudine insulæ.

De cerere ac proserpina & frumenti inuentione.

De lipara & cæteris quæ eolides insulæ appellatæ sunt.

De melira. glauco: & cercina.

De ethalia: cyrno: & sardone.

De pithiussa: & insulis quas aliqui baleares appellant.

De insulis oceani quæ ad hesperum uergunt.

De britannia insula: & de ea quæ dicitur basilea ubi electrum oritur:

De galatia. celtiberia: hiberia. liguria: tyrrenia: & de his qui ea loca habitant: & quibus legibus qui ea loca habitant utantur.

De insulis oceani: quæ ad meridiem sunt: & de ea quæ hiera appellatur. & panthea: & quæ de his quæ in ea scribuntur:

De samothracia: & de mysteriis quæ in ea sunt.

De naxo. syrna: & calydna.

De rhodo: & iis quæ de ea fabulose feruntur.

De cheronesso: quæ rhodo opposita est.

De creta: & iis quæ dea fabulose feruntur usq̃ ad iuniora tempora:

De lesbo: chio: samo: coo: & rhodiorum coloniis.

De thenedo: & de habitationibus eius: & de eis quæ a thenediis gesta dicuntur.

De cicladibus insulis.

VM omnia in quibus historia uersatur complecti rerum scriptores deceat tum uero maxime quomodo quæque res singulatim describendæ sint: cura uidetur suscipienda. Non enim tantummodo hæc notatio particularis diligentiaq̃ prouatis hominibus ad conseruandas augendasq̃ fortunas proficit: uerum historicis etiam plurimum affert decoris atq̃ ornamenti. Quidam quorum ob eloquentiam ac rerum gestarum copiam merito laudatur opus in singularum rerum descriptione aberrarunt: ut eorum labor atq̃ industria a legentibus in recensenda historia comprobetur scribendi ordo non careat reprehensione. Ti-

memus sane tum temporum exquisitam tum plurimarum rerum historiam se traditurum pollicitus quod nimium opere in aliis redarguendis impenderit culpatur. Quæ ex re a nonnullis otrectator est cognominatus. Ephorus historiam contexens eloquenter singula priuatim diligenterq̃ rettulit libros suos in res singulas partitus. Huius nos morem quo ad facultas tulit secuti presentem librum describendis insulis distribuimus: inquis primum se offert sicilia quæ optima inularum omnium rerum antiquitate ceteras antecellit. Hæc olim trinatria ab eius forma primum appellata Sicania deinceps ab incolis dicta est. postremo ab italibus qui siculi dicebantur in eam uulgo profectus siciliam dixere. Est eius ambitus stadiorum quattuormilium trecentorum sexaginta. Nam trium laterum unum a pelloro lilybeum usque mille stadia & septingenta complectitur a lilybeo ad pachinum agri siracusanus stadia sunt mille & quingenta. Reliquis ambitus protenditur stadiis mille centum quadraginta. Tradunt siculi ducta ex antiqua a progëitoribus fama siciliam cereri ac proserpinæ sacram esse: Fabulantur poetarum quidam posit plutonis ac proserpinæ nuptias hanc insulam ab ioue anacalyptæ nymphæ traditam. Sicanos autem qui in ea antiquitus habitauerunt indigetes esse precipui scriptores tradunt. Has simul deas primum in sicilia uisas inque ea primo frumentum terre bonitate ortum sicut & clarissimus testatur poeta inquis omnia ibi sua sponte terram producere in agro læontino multisque præterea

Siciliae  
fitus  
Trinatria  
Sicania  
Anacalyptia  
Ceres  
proserpina  
Frumentum

sicilie locis etiam nunc triticum agreste oritur. Deniq; si queritur ante frumenti usum ubi primum  
 id repertum sit merito eius rei laus siciliae tribuetur. Has deas certe repertores eius constat ma-  
 gno in honore apud siciliam fuisse. Raptam uero ibi proserpinam argumentum esse uolunt q; he deae  
 in hac tanq; insula admodum eis dilecta habitarent. Raptum proserpinæ in pratis iuxta etnam ciuita-  
 ti propinquis ferunt: quæ liliis uariisq; floribus dea dignis ornata erat. Vbiq; propter odorum fragran-  
 tiam sagaces canes odoratu carent naturam sensus florum odore superante. Est id pratium a superio-  
 ri parte planum admodum aquis redundans altus circum & precipitiis undiq; abscissus. Ex quo a nonnul-  
 lis sicilie appellatur umbelicus: Sunt ei propinqua nemora prataq; & paludes undiq; Speluncam insu-  
 per pergrandem que hiatus sub terram habeat ad arctum spectantem esse dicunt: per quem plutonē  
 fabulantur cum curru rapta proserpina transisse. Lilia alioq; flores odorem prebentes per uniuersū  
 uolunt annum quibus aspectus oblectetur uirides permanere. Mineruam insuper ac dianam uirginē  
 cum proserpina nutritas una flores legere solitas fabulæ ferunt: unaq; eas ioui patri uestem fecisse. q;  
 mutua consuetudine usq; eam insulam omnes maxime diligebant quelibet locum quem elegerat for-  
 tita. Nam minerua circa imeram regiones elegit: in quibus nymphæ in eius gratiam aquæ calidæ fon-  
 tes scaturire hercule aduentante fecere. Que loca simul & urbem que nunc usq; mineruæ nomen te-  
 net incole ei sacrarunt. Dianam siracusis insulam a diis accepit orthygiam ab ea tum oraculorum res-  
 ponso tum uoce nominatam. Eodem pacto & in hac insula nympe in dianæ gratiam maximum pro-  
 duxere fontem: qui dicitur arethusa. Hic non tantum præcis: sed nostris quoq; temporibus magna co-  
 pia fert pisces sacros quippe ab hominibus intactos. Sepius qui eos bellorum tempore edere ausi sunt  
 deorum ira magnas calamitates subierunt. Verum de his posterius. Proserpina harum instar dearum  
 prata circa etnam elegit cui fons ingens siracusis dicatus est nomine Cyanes. At uero Pluto cum rapta  
 proserpina propter siracusas per terræ hiatus ad inferos curru descendit: siracusis iuxta Cyanem sin-  
 gulis annis dies festos celebrant in quibus sacra faciunt priuatim paruis uicinis publice tauros in pa-  
 lude immergunt morem herculis imitati qui eiusmodi sacris quo tempore gerionis boues per siciliā  
 deduxit usus ē. Tradunt deinceps Cererem cum filiam reperire non posset facibus in ethna accensis  
 uarias orbis partes proserpinam querentem deambulasse: hominesq; qui eam grate susceperant tanq;  
 beneficii memorem frumenti edocuisse usum: in quis primum propter suam erga deam humanitate  
 post sículos fuere athenienses. Qua ex re publice hanc deam præ ceteris coluere tum sacrificiis ampli-  
 simis tum eleusine mysteriis que antiquitate castimoniaq; apud omnes homines sunt uulgata. Cū plu-  
 res ab atheniensibus humanitatis gratia frumentum accepissent proximis illud incolis impartiti sunt  
 atq; exinde per totum fere orbem est diffusum. At siculi Cereris proserpinæq; erga eos indulgentia  
 moti ut quibus frumenti usus primum innotuisset: utriq; earum sacra ceremonialiq; diuerso anni tem-  
 pore instituerunt. proserpinæ quidem messis tempore tanta castimonia studioq; tam tanti doni ra-  
 tio postulabat. Cereri uero cum semen in terram iactatur Apparatu ac magnificentia exquisita decē  
 dies festos agunt priorem representantes uitam: quibus diebus turpi loquio inuicem ut consueuere  
 uti deæ dolor ex filia raptu conceptus risu ex uerborum scurilitate mitigaretur. Hunc ut diximus pro-  
 serpinæ raptum plures tum historici tum poetæ fuisse affirmant. Carcynus sane tragedus qui syracu-  
 sas sæpius accessit inspecto incolarum in eiusmodi sacris studio proserpinam a plutone raptam atq;  
 ad inferos deductam postmodum uero a cerere sūpto ex ethna sicilie igne planctu luctuq; quesitā ab  
 eaq; frumentum monstratum unde & dea sit habita in suo poemate affirmat: Non uidentur autē om-  
 mittenda huius deæ erga homines beneficia. Nam præter ab ea repertum frumentum leges edidit. q;  
 bus iuste pieq; homines uiuere assuescerent. Ex quo & legisferam dixerūt. Quibus inuentis haud faci-  
 le quis maiora reperire posset Cum in his sita sit non uiuendi tantum: sed bene honesteq; uiuendi insti-  
 tutio. Sed de his hæcenus nunc de sicanis qui primi in sicilia habitauerunt. quoniam de eis scriptores dis-  
 sentiunt ē scribendum. Philistus eos ex hiberia in siciliam uenisse affirmat: qui id nomē a sicano iberie  
 flumine traxerunt. Timeus huius scriptoris inscitiam arguens sicanos ait sicilie indigetes eē multa sue  
 antiquitatis argumenta ferens que haud opereptium est recensere. Ceterum habitabant præcis tem-  
 poribus sicani in montibus natura munitis in quibus urbes latronum metu edificauerunt. Nulli enim re-  
 gi suberant sed suus cuiq; urbi inerat princeps. Hi primum uniuersam tenuere insulam agros colētes  
 ex quibus uitæ cibum sumebant. Postmodum Ethna ignes qui p̄ximas regiones urebant eruptante.  
 cū plures annos id incendium patriam uastaret: timore acti omnis orientibus locis partes que ad oc-  
 cidentem uergebant petiuere. Multis deinde seculis siculi ab italia in siciliam profecti loca tenuerunt  
 ab sicanis relicta. Opibus deinceps ac uiribus potentes propinquis agris occupatis quotidie magis im-  
 perium augebant. Quo ad bello sæpius cum sicanis moto certo postmodum foedere agrorum fines  
 inuicem statuerunt: Postremo a græcis colonie in siciliam deducte sunt urbesq; maritime condite mu-  
 tua postmodum consuetudine usq; cum plures in diem greci in siciliam nauigarent & linguam græ-  
 cam omnia barbara didicere & mutato nomine siculi sunt appellati. Secuntur eolides insule septē nu-  
 mero. Strōgyla Euonyma: Didyme: Phinicoes: Sacra: Vulchania: lypara. in qua ē eiusdem nominis  
 ciuitas: Sitæ autem sunt inter italiam siciliamq; recto cursu. Distant a sicilia centum quinquaginta fer-  
 me stadiis. pares inuicem magnitudine. Earum maxima circuitu complectitur stadia centum quinquā-

Pluto  
Minerua  
Diana  
Orthygia  
Arethusa

Cyane

Ceres

Proserpina

Leges

Strōgila  
 ætare  
 antrum  
 lyparus  
 aufonus  
 æolus  
 uelis uti  
 æoli filii  
 Iocastes  
 phere-  
 mon  
 andro-  
 cleus  
 Siculi  
 Sicani  
 Xuthas  
 Xuthia  
 agathyr-  
 fus  
 aftyo-  
 chus  
 pentar-  
 episteli-  
 das  
 Selimē  
 tii  
 Iyparæ  
 bona  
 alumen  
 Ofleo  
 dis  
 Melite

q̄ginta. ignem hætenū euomebant omnes quarum meatus oraq̄ ignis etiam nunc uisuntur. in strō-  
 gyla ac sacra hucufq̄ ex terre hiatu uentus erumpit & fetor ingens: eruptat quoq̄ arenam lapidesque  
 igneos permultos quæadmodum & Etne accidit. Afferunt nonnulli meatus eē subterraneos ab etna  
 ad has insulas & his omnibus eandem ignem spirandi causam eē: Has insuper insulas tradunt oli de-  
 fertas fuisse. Sed lyparum quendam aufoni regis filium a fratribus dissidentem ex italia cum longis  
 nauibus aduecta secum militum copia ad insulam appulisse: que ab eo lypara sit appellata: inq̄ ea sui  
 nominis urbe condita reliquarum quoq̄ insularum agros excoluit. Eo senescente Aeolus hippoti cū  
 fociis quibusdam in lyparam cum uenisset sumpta uxore lypari filia his postmodum insulis impera-  
 uit: Verum lyparus cum in italiam reuerti cuperet iuxta Surrentum tenuit loca: quibus magna cū lau-  
 de presuit. Defunctus deinde ac magnifice sepultus honores heroicos ab incolis assecutus est: Aeolū  
 uero is est ad quem fabule ulixem errantem diuertisse tradunt iustum ac pium extitisse Legimus & ex  
 ga hospites per humanum pretereā uelis uti nautas docuit. Obseruatione ignis qui uenti futuri essent  
 predixit: Vnde & illum fabule uentorum potentem dixere. Ob eximiam eius pietatem deorum ami-  
 cus est nominatus. Ex eo lego filii sex orti sūt. Asthiothus. Xuthus Androcleus. Feremon Iocastes. Aga-  
 thyrus: qui omnes ob gloriam ac uirtutes paternas magno in honore sunt habiti. Horum Iocastes lo-  
 ca italiae circa regium possedit. Feremon atq̄ androcleus eam regionem siciliae quæ a freto quod isu-  
 lam diuidit usq̄ ad lilybeum est: tenuerunt. Huius regionis agros qui ad orientem uergunt coluere siculi  
 Qui ad occasum spectant sicani. Hi inuicem dissidentes Eoli filiis tum propter uulgatam parentis pi-  
 etatem tum ob eorum in se curam ac diligentiam sponte paruerunt. Imperauit quoq̄ Xuthus ei parti  
 que ad leontinos uergit usq̄ ad hec tempora ab eo Xuthia dicta. agathyrus cum dominaretur ei que  
 nunc agathyrus ora appellatur urbem condidit ab se agathyrus uocatam: aftyochus presuit lipa-  
 re q̄ oēs paternæ uirtutis æmuli magna cū laude uixerūt. Cū pluribus seculis Eoli p̄gēs i sicilia regna-  
 set. tādē defecit: post hos siculi ad meliores uiros precipatū deferebat. Sicāi orta ob precipatū cōtētiōe  
 bello iter se certarūt. Multis deinceps exactis annis cū insula cultoribus i diem magis deficeret gnidii q̄  
 dam rhodiūq̄ regum asiae iniuria oppressi in siciliam deducere coloniam decreuere. Sumpto duce pē-  
 tathlo gnidio qui genus suum ad hippotum herculis progeniem referebat quinquagesima tunc olim  
 piade in qua stadii uictor fuit lacedæmonius Episteliades. Egressi circa lilybenm egesteos. Sellinunci-  
 osq̄ inuicem bellantes inuenerunt. Fœdere cum sellinuntis inito prælioq̄ aduersus egesteos cōmis-  
 so multi eorum cecidere. in quis dux pentathlus occubuit. Qui ex prelio superfuerunt sellinuntis de-  
 uictis statuerunt inde abire creatis ducibus gorgone Thestore ac epitherli de pentathlii domesticis p̄-  
 tirrenum pelagus cum ad lipparam appulissent humaniter ab incolis accepti habitauerunt in insula nu-  
 mero ferme quingenti. Postmodum tyrrenis mare latrocinio infestantibus ad se tuendum naues edi-  
 ficauerunt. Eorum pars ad communem utilitatem colebant agros pars piratis obsistebat. Hi cōmu-  
 nicatis inuicem fortunis rebusq̄ omnibus aliq̄ diu in ea uitæ cōmuniōe permansere. Deinceps cum  
 liparam urbemq̄ eius cepissent reliquarum insularum agros cōmuniter exercebat. Postremo omnes  
 insulas in uiginti annos ita ut denuo illas eo actō tempore sortirentur partiti sunt: Nonnullis pretereā  
 naualibus pugnis superatis tyrrenis spoliatorum decimas in delphos obtulerunt. Superest ut causas ad-  
 damus quibus postea felicitatis glorieq̄ incrementa lypare urbis suscepit. primum ipsa natura tū pra-  
 tis insula decora ē. tum balneis que admodum commendantur ad ualitudinem enim cōferunt & sum-  
 mam ex usu prebent uoluptatem Quo fit ut siculi permulti morbo impliciti eo sanitatis gratia cōflu-  
 entes ualitudinē pristinam recuperent: Profert insuper ea insula metallum celebre quod alumen ap-  
 pellant: Ex quo lyparenens romanisq̄ magnum percipiunt uectigal: Nam cum nullo in loco orbis alu-  
 mē generetur. magnos affert huic insule questus. Hec parua est magnitudine: sed fertilis ad hominū  
 uitam quippe que omnis generis pisces abunde prebeat & fructus arborum suaues gustu post lypa-  
 ram occidentem uersus insula ē parua admodum deserta & ab re quadam osteodis cognominatam.  
 Nam cartaginenses quo tempore aduersus syracusos bellum gessere magnis peditum copiis in-  
 gentiq̄ classe in siciliam profecti sunt. His cum plures mercenarii uariis ex gentibus mixti esset: & hi  
 sæpius præsertim ob stipiendium suo tempore non impensum seditiosi numero milia sexaginta pri-  
 mum ad pretoria concurrentes tumultum aduersus duces excitabant minabantur: sed cum sæpius pe-  
 cuniæ deessent armis si quod deberetur uendicatos. Consultus senatus imperatoribus occulte man-  
 dauit ut seditiosos ex exercitu amouerent. itaq̄ mercenarios omnes sumpta alterius belli occasione i  
 naues impositos in hanc insulam exposuerunt. Vbi relicti fame absumpti sunt. tot hominum defun-  
 ctorum ossa parue insule nomen dedere. Recensitis æoli insulis deinceps ad reliqui lateras insulas trā-  
 seamus. in ea siciliae parte quæ ad meridiem uergit tres insule sunt. Quarum singule portus tutos ha-  
 bent nauigantibus. Prima quam meliten dicunt a syraculiiis remota stadiis octagita portus habet plu-  
 res admodum utiles. Eius incole fortunati existimantur: quoniam & uarii generis exercent artes: &  
 optimas faciunt linteas telas tum tenuitate tum mollitie spectatas. Domo sinuper edificant pro lo-  
 ci qualitate pulchras & exornatas gy p̄so. Est autem hæc insula uelut: palmarum colonia quædam cū  
 ibi plurime fiant. Mercatores usq̄ ad occidentem pelagus nauigantes ad hanc confugiunt: ut quæ plu-  
 res habet tutos portus. Qua ex causa eius accole propter beneficia mercatoribus impēsa & opibus &

gloria rem auxerunt. Est & alia insula nomine gaudas que plures habet oportunos portus & abundat palmis: Deinceps est & Cercyna. que ad libyam spectat. In qua haud ignobilis est ciuitas & portus non solum mercatoribus utiles: sed longis nauibus accomodat. Secuntur post Ipyram insulæ ad tyrenum pelagus site. in quibus una est nomine ethalia populonie opposita urbi distans a continenti stadiis ferme centum: que id nomen ab etalio: qui ei presuit duce sortita est, in ea effoditur petra. ex qua ferrum excuditur incidunt enim id metalli genus quo abundat insula inde ex faxis in fornacibus decoctis ferrum liquefactum in frustra partiuntur magnis spongis similia: que postmodum mercatores ad emporia deferunt. Ex ferro artifices uaria cudent instrumenta rei rustice diuersisq; artibus accommodata. Preter hanc est insula longe ab eis stadiis trecentis que a grecis Cynos appellatur. a romanis uero atque incolis corsica. Hec aditu facilis portum habet pulcherrimum nomine siracusium Celebres in ea ciuitates habentur due. s. Calaris & Nicea. Calaris a phocensibus qui a tyrenis postmodum insula pulsi sunt. Nicea a tyrenis maritimis qui reliquas etiam tyreni maris insulas suæ ditionis fecerunt conditæ. Hi postea urbibus que in cyno erant subactis. Resinæ ceræq; ac mellis: quorum ea fertilis est insula tributa imposuerunt. Serui qui in ea sunt plurimum ab aliorum seruorum: quod eis natura accidit: usu uitæ differunt. insula ampla est magnaq; ex parte montuosa ac siluestris fertur. Fluminibus i super irrigua. Homines lacte melle ac cornibus: omnia astatim p̄bet patria: iuste & humaniter ultra ceteros barbaros inuicem uiuunt. Fauum quod in montanis arboribus reperitur illius esse sinunt: qui id prius adinuenit: Oues signaculis distinctæ etiam nullo custode patronis seruantur in priuata uita a stionibusq; miro quodammodo iustitiam obseruant. Mirandum uero est quod apud eos fit in filiorum ortu. Nam cum mulier parit nulla est puerperii cura. Sed uir eius ueluti & ipse implicatus puerperii morbo statutos dies domi uxoris curam suscipit. Nascitur in ea insula taxus copia in qua arbore mel quod fit amarum admodum existit: Barbari insulam habitantes uaria utuntur loquela & ad intelligendum difficili. Numero excædunt hominū triginta milia: Huic proxima sardinia insula siciliæ par magnitudine a barbaris iolao uocant tenetur. Hos ab iolao ac thespiadibus: quorum plures in eam insulam traścenderunt genus ducere putant: Nam quo tempore hercules decantatos subiit labores liberos ab eo ex Telspi filiabus susceptos cum græcorum barbarorumq; copia secundum certum oraculum in sardiniam ad condendam coloniam misit. Quod sentiens iolao herculus nepos in insulam uenit: inq; ea conditis. haud contennendis urbibus patria omni potitus populos: ab se dixit iolao. Gymnasia & deorum templa ceteraq; ad hominum felicitatem spectantia quorum adhuc monumenta extant ab eo sunt instituta. Cum ab oraculo traditum esset hanc coloniam liberam semper futuram uerum usque ad hec tempora id oraculum fuit. Nam cum cartaginenses magnis copiis insulam cæpissent. nunquam iolao subegere: Ad montana enim: atq; aspera confugientes loca effosis sub terram habitaculis lacte cafeo carnibus ex pecoribus: quæ plurima illis. erant uescebantur. Agriq; colendi declinato labore in motibus uitam quietam ducebant. Cartaginenses cum sæpius eos bello tentassent difficultate locorum ab steriti liberos relinquerunt. Postremo romanis armis sæpius lacerati hac locorum asperitate inuicti permansere iolao iis quæ ad statum coloniæ pertinebant compositis in græciam rediit. Thespiades cum multis seculis insule presuissent tandem in italiam nauigantes loca circa cumam tenuere Reliqua multitudo. deposita barbarie presicientes sibi ex accolis optimos duces hucusq; libertatem seruantur preter has insulas est alia pytiussa a pinis que frequentes in ea nascuntur nomen sortita. Distat ab herculeis columnis dierum trium nauigatione a libya uero diei noctisq; unius: diei unius ab hiberia. Magnitudine similis corcyræ: Rerum copia mediocris Vites fert ea regio licet raras. Ceteræ arbores in conualibus fiant. inter ea quæ ibi oriuntur lanam preferunt. Distincta campis ac collibus insula urbem habet enesum cartaginensium coloniam Moenium ambitu ac frequentibus domibus portu insuper perutili satis celebrem palmis preterea fertilis est uariis a barbaris presertim phoenicibus habitata. hec colonia centumsexaginta annis post conditam cartaginem est deducta Aliæ quoq; existunt insulæ hiberiæ oppositæ a græcis gymnasiæ ab incolarum nuditate: qui æstatis tempore absq; uestibus incædunt. Ab accolis uero ac romanis baleares a fundæ iactu qui rectius q̄ reliqui lapides iaciunt appellati Harum media maior est reliquis insulis demptis septem. Sicilia. Sardinia. Creta: euboea: Cypro. Cyno. Lesbos. Abest ab hiberia diei unius nauigatione. Minor ad orientem spectat nutriens plurima omnium generis armenta sed mulos precipue qui & magni sunt & sonora uoce. Vtraq; insula fertilis ac fructifera est referta habitatoribus ut qui triginta hominum milia excedant. Ad uini potum: qui rarum apud eos est sunt promptiores. oleo omnino carent. ideo exlentisco & porcidipe mixtis unguunt corpora mulieres adeo præ cæteris appetunt ut mulierem a predonibus captam tribus aut quattuor redimant uiris. Habitant in saxis concauis. iuxtaq; precipites petras. effosis cuniculis ad corporum tegumenta utuntur & uitæ securitatem. Aureo nummo aut argenteo non utuntur. Quæ afferri ad insulam prohibent causam afferentes Gerionem Crisauri filium auro atq; argenteo opulentissimum quondam ab hercule bello expugnatum existimant enim eo pacto cum auro atq; argento careant sese facile omnes uitæ insidias eualuuros. Hanc ob rem cum olim cum cartaginensibus militassent: ex stipendio impensio mulieres ac uinum emptum secumtulere. Mirandum uero quod in nuptiis de more seruant in epulis enim quæ cum domesticis amicisq; in nuptiis fiunt. Primus secundusq; & deinceps secuti.

Gaudas  
cercyna

Ethalia

Cynos  
Corsica  
Calaris  
Niceapuerper  
rasardinia  
iolaiThespi  
des  
pytiussa

enesus

Gymna  
siæ  
Balears

Sponsæ  
coitus  
fundæ

dum ætatem reliqui nuptam magno numero cognoscunt Vltimus sponso locus ad uxorem datur: priuatim quid etiam & a coeterorum moribus alienum in defunctorum sepulchris obseruant. Lignis enim membra corporis incisa in uas cõiciunt supraq; saxa accumulunt: Arma eis sũt fundæ tres. una caput cingunt. Altera uentrem Tertia in manibus gestatur. in prælio lapides multo maiores: q̄ reliq; ita iactant robuste ut ab aliquo tormento lapis missus uideatur. in urbium expugnatione lapidum iactu eos quidẽ supra ex propugnaculis tuentur moenia uulnerant in pugna uero scuta galeas omneq; armorum genus confringunt. ita autem recte lapides propellunt: ut raro effugiat ictum appetitus locus: quod eis continuus a pueritia usus prebet a matribus ad id certamen coactis. imponunt enim supra erectum lignum panem signum quod iactu petant: neq; ante cibum capiunt: q̄ panem lapide eiectum pro cibo sumunt permissu matris Posteaq; insulas quæ ad columnas herculis ipectat rettulimus ad oceani insulas transeamus. Est lybiam uersus ad oceanum sita plurimũ dierum nauigatione insula permagna agro fertili tum campis amenis tum montibus distincta. Fluminibus rigatur: quæ sint nauium capacia plurima. sunt in ea poemaria uariis arboribus consita ortiq; amœni: quos aquæ dulces interfluunt Diuersoria in illis ædificant sumptuosa. ortos quoq; tenuuorum umbracula decorat iflorum morem sita: in que æstus tempoer diuertunt. Amena fertilisq; regio copia fructuum exuberat Montes frequentibus siluis arboribusq; fructiferis: aquis insuper irriguis ornantur. Abundat quoq; insula fontibus aquæ dulcis quæ non tantum usui uoluptatiq; incoletum satifacit: sed etiam confert ad robur corporum ac ualitudinem. Sunt insuper loca diuertorum animalium uenationibus apta. ex quibus epulas conficiunt suauis ac sumptuosas. pisces etiam mare affatim prebet. Est & aer ibi saluberrimus: qui maiori ex parte anni fructus ferat: aliaq; speciem ac decorem præstantia: ut hec insula non hominum. sed deorum diuersorum ob eius felicitatem existimetur priscis temporibus quoniam a reliquo orbe diuisa uidetur incognita. hoc postmodum modo reperta ẽ. phœnices quondam ad diuersa emporia nauigantes sæpius plures in lybia nonnullas in europa: quæ ad occidentem spectat colonias condidere. Multis deinde opibus coactis extra colunas herculis oceanum ingressi in cheronneso europæ littoris columnis propinquo condidere urbem. quam gadiram dixerunt: in ea inter coetera ædificia templum herculi quod ad nostram usq; ætatem summa in ueneratione honoreq; est habitũ Statutis de more phœniciorum sacris sumptuoso opere construxerũt. plures romanorum duces clarissimi magnis rebus gestis uota huic deo suscepra persoluerunt. Verum phœnices per oceanum mare iuxta libyam nauigantes plures dies tempestatibus acti: cum ad hanc insulam delati eẽnt animaduersa eius natura foelicitateq; notam coeteris fecere. Qua ex causa cum tyrræi qui classe potentes erant in eam insulam coloniam mittere decreuissent a carthaginensibus sunt phibiti ueritis ne loci bonitate allesti ciues eorum ad eam se conferrent: & sic siqua forsan aduersa urbi fortuna incidisset uolebãt. ignotum ad quem facile confugerent locum esse. Sed ad europam redeamus in oceano galliæ montibus herciniis totius europæ maximis oppositæ sunt insule plures: Quarum maxima ẽ britannia priscis temporibus nullus aduene imperium experta. Neq; enim Dionisium neq; herculem. neq; heroo aut ducem quenpiam accepimus eos bello tentasse. Nunc. C. Cesar qui propter gestas res deus est appellatus prius omnium britanias subactis certum eos dare tributum coegit. Sed de his suo tempore dicetur latius. Est hec insula triangulari forma siciliæ similis latera habes in æqualia. Cum protendatur per obliquum Europam uersus ubi minimum a continenti abest promontorium ẽ qui appellat Catiõn pcul a terra. quo tempore mare fluit stadiis ferme cẽtũ. Alterũ promontoriũ. Belerium nomine abesse aiunt a continenti nauigatione dierum quattuor. Reliqua pars quam orcham appellant. ad mare spectat. Minimum latus europæ adiacens protendi asserunt stadiis septemmillibus. Lateris secundum longitudinem a Catio usq; ad promontorium stadia complectitur quindecimmilia. Tertium latus stadiorum milia uiginti. ita uniuersæ insulæ ambitus stadiorum est milium duorum & quadraginta. Britanniam incolere tradunt aborigines qui priscorum more uitam degant. Vtuntur enim in pugna curribus ueluti antiquos græcorum heroes usos in bello troiano ferũt. Domos ex calamis aut lignis ut plurimum habent compactas: Frumenta cum aristas sub tectis reponunt. inde quod satis in diem sit usui terentes. Moribus simplices integriq; existunt Longe ab nostrorum hominum astutia uersutiaq; remoti. Cibo simplici uiliq; uitam ducunt. atq; a diuitum deliciis alieno. Multitudine hominum insula plena est. Aer ut qui ad septentrionem spectet frigidus: Reges principesq; ibi sunt plures pacẽ inuicẽ seruantes. Sed de his diligentius cum ad cæsaris gesta quibus britannos subegit uenimus. nunc de stagno. quod in ea effoditur narrabimus. Britanni qui iuxta belerium promontorium incolunt mercatorum usu: qui eo stagni gratia nauigant humaniores reliquis erga hospites habentur: Hi ex terra saxosa cuius uenas securi effodiunt stagnũ igne educũt in quãdã insulã ferũt britanniã iuxta. quã ictã uocãt. Maris fluxu uidentur insulã: cum uero refluit exsiccato interiecto littore curribus eo stagnũ deserunt priuatim quid uĩ eis insulis cõtingere. quæ britanniã Europãq; Interiacet. nã pleno mari insule refluente uero cũ interiectus locus deficit aquis continẽs uidetur. Ex his insulis mercatores emptũ stagnum i galatiã portat. inde diebus fere triginta cũ equis id fontẽ Eridani fluminis pducũt & de stagno hæcenus nũc de electro dicẽdũ. Scithiæ q; supra galatiam est opposita insula i oceano iacet nomine basilæa. in quam tempestas electrum plurimum eicit nulla alia in parte orbis repertum. De eo quidam ue-

Gadir

Britaniã

Catiõn  
Beleriũ  
Orcha

ictã

eridãus  
basilæa  
electrũ

teres fabulas scripsere haud dignas fide. & quæ a posteris reprehensæ sint. Nonnulli enim tum poete tum historici tradunt phætoem solis filium: cum puer esset: petisse a patre: ut unicum diem solis curru regeret. Illo assentiente sumpto curru cum equorum frena regere nequiuisset ab equis cõtempo puero extra solitum cursum esse currum delatum. Et primo cœlum equorum errore incesum: circuitumq; qui galassia dicitur exinde factum deinde magnam combustam orbis partem. Quare cõmotum iouem fulmine phæthontem tradunt perimisse: solemq; i pristinum redigisse cursum phæthontem in fontibus eius qui nunc est padus olim Eridanum dicebant decidisse. Eius mortem nymphas fleuisse sorores dolorisq; magnitudine mutata natura in populos fuisse uersas. Has annis singulis eodem tempore lachrymas educere: e quibus electrum fiat reliquum splendore superas. Sed cū hi harum fabularum conditores procul a uero aberrasse a posteris deprehensi sint nos ueram historiam sequamur. Nascitur electrum in ea quam rettulimus insula. Cum uero ab incolis ad proximum deferatur continentem: inde ad nostra usq; asportatur loca. Haud sane ab re erit gentes europe conterminas quas i superioribus libris omisimus paucis referre. Celticis olim imperauit ut aiunt uir egregius. Ex quo filia corporis magnitudine ultra naturæ modum decoreq; coeteras excellens orta est. Hæc tū uiribus tū spetie elata omnes: qui eam uxorem expetebant contempnit: existimans neminem suo matrimonio dignum. Interim cum hercules bello aduersus gerionem moto uenisset in celticam inq; ea ciuitatem Alesiam condidisset. admirata tum uirtutem herculis tum corporis prestantiam permissu parentum eius concubitum appetiuit: iuncta illi filium genuit nomine galatem: qui coæuos suos tum uirtute animi tum uiribus corporis excessit. Vir factus cū paternum regnum suscepisset. plures oras sibi subdidit propinquas præclaris rebus bello gestis. Cum eius gloria efferetur subditos oēs a suo nomine appellauit galatas: ex quo omnis ea regio galatia dicta est. Hæc a pluribus nationibus incolitur quæ inuicem gentium numero differunt. Nam quæ maior habetur inter eas ducenta uirorum milia efficit. Quæ minor quinquaginta. Harum gens una erga romanos & quæ ad hanc usq; ætate manauit affinitatem amicitiamq; conseruat. Natio ut plurimum ad arctum sita regio frigida ut quæ hyemis tempore pro aqua niuib; oppleta existat. Glacies quoq; immensa adeo patriam occupant: ut flumina congelata sint peruia transceuntibus non solum paucis: sed exercitibus quoq; cum curribus atq; impedimentis. Cum plures magniq; fluuii per galatiam uario cursu fluant ii & profundis stagnis hi ex motib; pti i oceanū. Alii nostrū maꝛ decurrūt. Eoꝛq; i nostrū maꝛ labiꝛ maxius cefet eridāus q; i alpib; fotes hñs qnq; ostiis descēdit i maꝛ. Qui uero i oceanū defluūt: maximi habēt. Danubius ac rhenus: quē dieb; nr̄is. C. cæsar pōtib; miro mō iūxit pedestrib; q; traductis copiis galatas ultra rhenū habitātes i ptāte redēgit. Plures alii nauū capaces fluuii axistūt i celtica: quos breuitatis cā omisimus. Sed hi oēs fere hyeme cōgelati securum transitum iniectis desuper ne labantur paleis entibus prebent. id uero quod dictū mirabile in maiori galatie parte accidit: non uidetur silentio pretermittendum. Nam æstate ab occidente septentrioneque perflant tanta ui impetuq; uenti: ut lapides quātos manus possit continere a terra rapiat: ac ueluti harenæ lapillorum aceros haud paruos cum uolet Est ut aliquando ab hominibus arma ac uestes. Quandoq; ascensorem ui ab equo auferat: Deniq; tāta est aeris frigiditas. ut neq; uinum ea regio neq; oleum producat. Quare coacti homines potum sibi ex ordeo comparant quem appellant Zitum. Aqua etiam qua lauant fauum mellis utuntur. Vno p̄termodum adeo delectantur: ut a mercatoribus importatum purum bibāt: minimiq; potu ebrii aut in somnum indicant aut insaniam. Quo fit ut mercatores italici plures questu ducti uinum tum nauibus tum per terram currib; deferentes picernam puerum mercantur pro uini amphora. Vniuersa galatia argento caret. Aurum eis absq; opificio aut labore aliquo prebetur natura. Nam cum fluminum decurtus difficiles flexus habeat superans ripas a montibus fluens aqua arenam aureā passim per campos eicit. Glebis postmodum in quibus aurum splendet attritis a quaq; lotis dempta terra reliquum in fornacem coniectum fundunt. Hoc modo liquefacto puroq; educto auro ad ornatum corporis mulieres uiriq; utuntur. Etenim & manuum articulos & brachia armillis aureis exornāt. Circa collum insuper grandens torquex gestant ex solido auro. & in digitos annulos. Thoraces etiam auro exornant. Priuati aliquid etiam ac mirabile superiores certæ in deorum templis obseruant ut i sacris templisq; plurimum auri diis oblatum spargant. Neq; illud incolarum quisquam quāuis gens auro sit auida propter religionem audeat contingere. Sunt galatæ molles atq; albi corpore oblongo Comas quāuis habeant natura ruffas: studio tamen aūgent naturæ colorem: Calamistro capillos inflectunt fronte illos ad ceruicem reiciētes ut satyris aspectu puerisq; appareant persimiles: capillos arte efficiunt crossiores: ut nihil differant ab æquorum iūbis. Barbam quidam radunt nonnulli nutriunt parce. nobiles genas quidem radunt. Barbam uero adeo sinunt crescere: ut operiant corpora. Quo accidit ut cum edant replentur cibo. Cum uero bibunt ueluti per canale potus uideatur inferri. Cœnant sedendo omnes non in sedibus. sed in solo super luporum aut canum stratis pellibus. ministrant eis pueri iuniores ætate tenera. iuxta eos ignes fiunt in quis ollæ sunt & ueru plena carnibus. Viros bonos melioribus carnibus honorant quæadmodū poeta aiaci scribit. impensum ab optimatibus honorem: quando singulari hectorē certamine uicit. Hospites ad epulas: qui sint: qua cā uenerint post cenam rogātes. Cōfueuerūt quoq; sūpto cibo ad uerbosꝛ put cāis itulit cōcertationē surgētes ex puo

Electrū  
phæthō  
galassia  
padus  
Electrū

herculef  
Alexia  
Galetes  
Galatia

Erida  
nus  
Danubi  
us  
Rhenus

Zitum

galatia

galatæ

catione certare inuicem nulla habita uitae cura. increuit enim apud eos pithagorae sententia. qua dixit animas hominum esse immortales: rursumque eas defunctis corporibus post certum tempus in alia corpora reuersuras. ob hanc causam in defunctorum pyram epistolas scriptas quidam coniciunt tanquam eas mortui sint lecturi. in itinere ac pugna bigis utuntur quas rhedarius & assessor ducunt. in bellis obuium hostem iaculo ex curru primum appetunt tum relicto curru pedites ensibus certant. Quidam adeo mortem contemnunt: ut pugnent nudi. Custodes corporis ex liberis, hominibus pauperes eligunt. qui & pro auribus in pugna seruiant. & ferant scutum. instructam aciem praere consueuerunt & ad singulare certamen fortissimos hostium prouocare arma ut hostem terreant quatientes. Cum quis strenue in acie pugnavit tum maiorum tum suas laudes ac uirtutes decantant. Res hostium deprimunt tanquam uituperatione dignas. Denique omnis in bello audaces extollunt uerbis. Capita hostium in acie cadentium abscisa equorum alligant collo. Hostium spolia sanguine perfusa famulis tradunt in foribus domorum cum cantu atque hymnis affigenda quemadmodum feras solent uenatu captas. Hostium nobiliorum capita aromatibus uncta in tectis condunt summa diligentia ostendentes ea hostibus nullo pretio ea uel parentibus uel aliis reddunt. Tradunt eorum rideri nonnullosque pro capite tantudem pensi auri barbaram magnificentiam ostentantes nequaquam uelint accipere. Non enim bellicae uirtutis insignia, non uendere nobile est: sed cum mortuis pugnare ferum habetur atque agreste. Vestes ad terrorem intonsas ac coloris uarii ferunt. quas illi uocant bracas. Sagula gerunt uirgata: hieme quidem crassiora. Aestate subtilia. Fictilia in usu habent densa ac floribus distincta. Arma ferunt scutum ad staturam hominis longum proque libito cuiusque ornatum & ad corporis tutelam fabricatas. Aerea galea caput muniunt paulum eminentiora. in qua aut cornua impressa sunt adt auium uel quadrupedum effigies sculpta. Tubas habent suo more barbaras. ut quae asperum sonum & turbulentum reddant. Thorace ferreo utuntur. quidam alii armis a natura datis nudi pugnant pro ensibus ferreas spatas gerunt oblongas ac rea cathena a dextero latere pendentes. Nonnulli tunicas aureis aut argenteis zonis cinguntur. iaculis insuper bellantur. quae illi lanceas uocant ferro cubiti aut amplius longitudinis paulominus duobus palmis lato. enses haud minoris sunt quam apud coeteros ueabula. ac ueabula mucrone sunt quasi ensibus maioribus. has tunc fractas habent tunc icuruas non solum ad corpora caedendum. sed ad perforandum aptas. Aspectu sunt terribiles uoce graui atque aspera. Sermo utitur breui ac sub obscuro multaque ex animo dubia locutus. plura ad instantiam in eorum laudem dicunt & ad coeterorum contemptum. Minaces sunt ac detractores: opinio neque inflati acuti ingenio & a doctrina minime alieni. Sunt & apud eos melodiarum poetae quos appellant bardos. Hi cum organis ueluti cum lyra cantant hos laudantes alios uituperantes. Philosophi quoque ac theologi quos uocant saronidas precipue ab illis colluntur. Utuntur insuper diuinatoribus qui apud eos cum & auguriis & sacrificiis futura praedicent. plurimi existimantur omni eis ottemperante plebe. Cum uero de rebus magnis consulunt mirabilem incredibilemque seruant consuetudinem iugulant enim ense hominem. Quo decidente tum ex casu tum ex membrorum laceratione tum etiam ex sanguinis fluxu ex quadam antiqua rerum obseruatione norunt futura. Est apud eos moris uelut ab philosopho sacrificium facere. Existimant enim per diuinam naturam confictos sacra fieri oportere itaque deis propinquiores. Horum intercessione bona ab diis censent petenda. Quorum consilio & pace & bello fruuntur. poetae uero tanti apud eos sunt. ut cum extructa acie exercitus eductus ensibus iactisque iaculis propinquant non solum amicos. sed hostes quoque eorum interuentu a pugna congescant: ita apud agrestiores barbaros ira caedit sapientiae. Et mars reueretur musas. Nunc quod a multis ignoratur scribetur. Ultra massiliam qui mediterraneas regiones quae iuxta alpes & montes pyreneos incolunt celtae appellatur. Ultra hos qui ad notum oceanum uersus pertinentes oras & Ericinum montem quae deinceps ad scythiam usque habitant dicuntur galatae. Quas omnis gentes communi nomine romani galatas appellant. Eorum foeminae non tantum corporis magnitudine sunt uiris similes: sed etiam robore. Pueri ut plurimum cani sunt aetate prouecti colore paternum assumunt. Eorum qui subtus arctum habitant: quae scythiae sunt propinqui ut pote coeteris agrestiores nonnullos autem humanis carnibus uesci quemadmodum & hi qui eam britanniae partem. quae iris dicitur habitant. horum fortitudine feritateque diuulgata tradunt eos qui praecis temporibus omnem ferme asiam discurrentes cimmerii dicebantur ipsos esse qui paulo post corrupto nomine Cimbri sint appellati. iam praesens more dant latrocinii operam rapientes aliena coeteris omnibus cotentis. Hi sunt qui roma capta cum delphici apollinis templum ipsoliasent: magnam europae partem: non paruam asiae tributariam fecere. agris eorum quos subegrant possessis. Qui in graeciam transierunt gallograeci sunt nominati. postremo plures magnosque romanorum exercitus attriuerunt: pari suae feritati impietate in deorum sacrificiis abutuntur. Noxios enim quinqueno seruatos sudibus affixos diis sacrificant cum que alii primitiis supra ingentes piras imolant. Captiuos quoque sacrificant diis. Quidam de hostiis capta animantia una cum hominibus interfecta aut in sacris comburunt aut aliis afficiunt poenis. Cuiusmodi heres habeant spectosus ad mares tamen praetermodum sunt cupidiores in feragis pellibus humi dormientes ex utroque latere excubitores habent. illa admiranda eorum impudencia: quae spectie corporis facile aliis offerunt in praetulo. Neque hoc turpe ducunt. Quin potius ignauum putat abnuere gratiam oblatam. sed de his haecenus. Nunc

Bracas

Lanceae

Bardi  
Saronides

poetae

Celtae  
Galatae  
Iris regio  
Cimmerii  
Cimbri

Gallograeci



celtiberosirecenfeamus. Hiberi quondam celteq; pro agris bello certantes pace demū constituta cōmunicataq; inuicem patria cum mutua connubia permisissent: dicuntur hac rerum cōmunionē id nomen sortiti. Due igitur robuste nationes in patria fertili coniunctæ effecere ut magnū esset celtiberorum nomen. A romanis postmodum certe multo post tempore bello cum eis gesto uix tandē subacti sunt. Non enim equites: sed & pedites aptos bello robore malorumq; tolerantia cœteris excellētiores habent. Breui utuntur ueste ac nigra lanā habente similem caprarū pilis. Armantur celtiberorū quidam scutis leuibus. Alii rotundis umbonibus magnitudine clypei. Cruribus ocreas ex pilis factas aduoluunt. Galeas ferunt æreas cristatas palmis. Gladios insuper ex ferro puro ad palmi mensuram: quibus in cōferta utuntur pugna. Ferrū suo more ad conficienda arma preparant. Nam ferreas laminas in terrā abscondentes ibi tam diu esse sinunt. Quoad debiliori parte ferrugine absumpta ualidior superfit: Ex eo tum enses fortissimos tum cœtera ad belli usum arma necessaria componunt. Hoc pacto fabricata adeo cædunt omnia. ut neq; scutum. neq; galea. neq; aliud quid eis obsistat. Duobus gladiis fultū cum equestri certamine superiores euaserint ex equis desiliunt pedestrem adiuuant pugna mirabilis apud eos uiget consuetudo. Nam cum inuictus munditia elegantes existant una in re uidetur imundi: & spurcitie pleni. Vniuersam enim corpus lauant urina: dentesq; fricant. hanc optimā corporis curā existimantes. Erga nepharios homines atq; hostes crudeles sunt. cum adueniens humani atq; hospitales. Aduenientes enim externos benigne hospitio recipiunt: adeo ut emulatione quadam inuicem pro illoꝝ honore certent. Quos adueniē. secuntur. hos laudant: amicosq; deorū putant. Nutriūt tur affluenter uariis carnisbus potum ex melle conficiunt eius copiam prebente affatim patria. Vinū emptū bibunt. mercatorum opera aduectum. Ex propinquis gentibus: gratior est eis uacceorū natio. Hi enim annis singulis sortitos inter se agros colunt: fructusq; cum ceteris cōmunicat: cuiq; sua portione prebita. Quod si quis quid agricolæ abstulerit. euestigio mulctatur morte. Celtiberorum fortissimi habentur qui appellantur lusitani. Peltas in bello paruas ex neruis confectas quibus tegatur corpus habent. His in bello ea agilitate utuntur: ut & ictus & sagittas: euentent. iaculis ferreis hamatisq; utuntur. Galeā ensemq; more celtiberorū ferunt. iaculū longe iaciunt & summa arte. in acie diutius perseverant mobili corpore leuiq; ut facile & fugiant hostem: & insequantur. in perferendis periculis superantur a celtiberis. in pace choreas leui saltu exercent cum quadam crurum agilitate. bella ad numerū aggrediuntur: pœna cū hosti obuiat cātado hiberi lusitanisq; ætate integra præferunt inopia oppressi qui robore præstant atq; audacia in mōtibus asperis manufacta diuersis per hiberiā locis latronū more leui armatura agilicq; corpore ueloces discurrunt. Populatisq; agris ad montes ueluti tutā patriā: cū locorū asperitate nullus eo exercitus adire possit: confugiunt: Aduersus hos profecti cum exercitu sæpius romani eorū audaciam represserūt. Latrocinia nequaq; tollere potuere. Sequitur ut de argēto qd plurimū apud hiberos optimūq; effoditur: quodq; multum utilitatis icolis affert scribamus. Dictū est a nobis libro superiori in herculis gestis hiberiā montes qui pyrenei uocantur & altitudine & magnitudine longe alios excellere. Nam a mari quod ad meridiem iacet: usq; ad oceanū ferme ad arctos sitū galatiā ab hiberia diuidunt. per celtiberiā quoq; protenduntur stadiis tribus milibus. in qbus cum sint frequentes silue ferunt præficus temporibus igne a posterioribus iniecto montanas omnes regiones suis cōbustas. Qua ex re montes aiunt cognominatos pyreneos. Ardente continuis diebus igne plures ex mōtibus argenti puri riuli flamarum ui effluxere. Quod incolis ignotū phœnices mercatores uili rerum permutatione emptum in graciā asiamq; ac nationes cœteras deſerentes magnas ex eo commertio opes contraxerunt. Adeo autem mercatores que stus excitauit cupiditas: ut cum onustis nauibus superaret argentum amoto ab ancoris plumbo argentum eius loco subderent. Hoc lucro phœnices admodū opulenti facti plures colonias tum in siciliā ppinquasq; insulas tum in lybiā sardiniamq; ac hiberiam destinarūt. Multis post seculis cognito argento hiberi metallis querendis operā dedere: magnaq; optimi argenti copia reperta ingens ex ea uestigal prodiit: Cum es aurum argentumq; sint metalla precipua qui in reperiendo ære dant operā: quartam eius quod effodiunt portionem capiūt Eorum qui in argento effodiendo occupantur quidam tribus diebus euboicum percipiunt talentum Terra enim omnis argento referta est. ut mirabilis sit & eius patriæ natura & operariorum cōtinuus labor. Nam qui primum his metallis reperiendis incūbebant: magnas contrahebant diuitias. in promptu enim est argentum terra habunde illud præstante: postea cum romani hiberiam subegissent: itali ci qui lucri cupiditate id sibi opus sumpsere maxime ex eo ditati sunt. Emptam enim feruorum copiam ad effodienda metalla deputant. Qui uariis locis metallorum uenas scrutati ac alte lateq; terra effosa plurimum auri argentiq; eruūt uariis multorū stadiorū cuniculis sub terram actis. multo facilius questuosiorq; hec cura: que metalloꝝ: quæ apud atticos reperiuntur. ibi enim multas effodiendo in pensas subeūt sæpiō opinioē frustrati. cū aut n̄ inueniāt qd q̄rūt. aut iuētū ita parui sit: ut superes a sumptu. Apud hispaniā q metallis scūbūt repiēdis āpliora spe p̄cipiunt Bonitate q̄ppe soli glebas temp auro argētoq; fertiles inueniūt. Vtpote oī terra metallis plēa. Subtō terrā reperiūt nōnq; flūina decurrētia quorū cursū spe q̄sto ui magna recidūt aut qd mirabiliorū cocleis q̄s dnt egyptiacas: diuertūt archimedē

celtiberi

enses optimi

urina lauantur

Vaccæ lusitani

iberiæ metalla

hispaniæ metalla

cum in egyptum profectus est adiuuentas eiusmodi instrumentis loca ubi metalla effodiuntur. eie-  
 ta superius aqua summa arte diligentiaq; excitant mirabitur pfecto quis archimedem ingenium nō so-  
 lum in his. sed in ceteris quoq; maioribus rebus quas multis in orbis partibus egregias fabricatus est  
 de quibus scribetur diligentius: cum ad eius tempora ueniamus. Serui qui ad hæc metalla deputati sūt  
 incredibilem questū afferunt dominis. Verum cum die noctuq; in labore perseverent multi ex nimio  
 labore moriuntur: cum nulla eis ab opere detur requies aut laboris intermissio. Sed uerberibus ad cō-  
 tinuum opus coacti raro diutius uiuunt. Robustiori quidam corpore & animi uigore plurimū tempo-  
 ris in ea uersantur calamitate. Quibus tamen ob miserie magnitudinem mors est uita optabilior. cū  
 plurima in hoc metallorum munere sint admiratione digna nequaquā tamen quis admiretur: cur nullus  
 recens horū reperiendorum auctor extiterit: uerum argenti studio a carthaginensibus quo tempore  
 hiberiam tenuere ea metalla adiuuenta sunt. hæc fuit causa ut eorum postmodum excreuerent uires  
 Pretio enim optimis militum conductis plura gesserunt aduersus hostes bella. Neq; domestico neq;  
 sociorum militeusi romanos siculosq; ac lybios in maxima deduxerunt pericula: Cum omnes diuitiis  
 ob auri argentiq; copiam superarent. Perspicaces sane ut uidentur prisca temporibus extitere ad que-  
 stum phoenices. itali nullis aliis cessere. Oritur & stagnum in pluribus hiberiæ locis non casu repertū  
 ut quidam scriptores uulgarunt: sed effosum conflatumq; quemadmodum argentum atq; aurum tra-  
 dunt. Nam supra lusitaniam plurimum stagnum effoditur in insulis oceanii hiberiæ proximis: quæ a  
 stagno cassiterides denominantur. Plurimū tamen a britannia insula ad oppositum galliam affertur.  
 Deinde per loca mediterranea celtici mercatores equis per inassalotas ad narbonam urbem roma-  
 norum coloniam optimum earū partium tum oportunitate tum comoditate adeuntium emporium  
 perducunt. Sed de galliis ac celtiberis hæcenus. Nunc ad ligures trāseamus. Hi patriam habitantes as-  
 peram ac omnino sterilem plurimo labore continuoq; uitam duram agunt. Nam multis arboribus  
 oppleta regione quidam cedende materiei. quidem subigendo agro lapidum asperitate cultu difficili  
 uacant: ita enim terra lapidosa ē. ut gleba absq; saxo nequeat effodi. Huic uitæ erummosa natura assue-  
 ti: licet multo in labore uersentur: parum tamen percipiunt e molumentum. Continuum autem exerci-  
 tium & uictus parcitas corpora eorum macilenta efficit ac robusta. Mulieres quoq; uirorum labores  
 perferunt assuetæ una cum uiris opus facere. Venationibus continuo uacant captiūq; feris fructuum  
 inopiam sustentant. Niuiibus insuper montanisq; asperitatibus assueti agiles corpore ac ualidi reddun-  
 tur. Nonnulli messis raritate carnes partim domesticas edunt. partim ferinas aqua in potum sumpta  
 Oleribus utuntur prout fert regio ut ad quos neq; ceres adierit. neq; Dionisius præceteris diis homi-  
 nibus utiles. in terra cubant ut plurimum rari sub tecto aut in tuguris iacent. plures ad caua saxa spe-  
 lunchasq; ab natura factas: ubi tegantur corpora diuertunt. Hoc pacto prisco more absq; apparatu ali-  
 quo uiuunt. Deniq; mulieres uirorum: uiri ferarum robur & uires habent. Afferunt in bellis iæpius ue-  
 getum gallum ab gracili macilentosq; ligure ex prouocatione singulari certamine uinci. Arma habent  
 leuora quā romani. Operiuntur corpora scuto longo ad formam galaticorum facto tunicaq; succin-  
 ta. Armantur etiam ferarum pelibus ac ense mediocri. Quidam romanorum consuetudine quos in ea  
 re imitati sunt: arma imutarunt. Feroces sunt & acuti ingenii non in bello solum: sed in communi uita.  
 mercaturam exercent nauigantes per sardonium lybicumq; pelagus sponte se grauibus maris pericu-  
 lis obiectātes. Scaphis enim haud fatis more ceterarum nauium præparatis nauigant. Quo fit ut im-  
 minente tempestate graui subeāt uitæ discrimina. Tyrreni: superest enim ut de his loquamur. forti-  
 tudine egregii magno potiti imperio ciuitates condiderunt plures atq; opulentas. Classe quoq; poten-  
 tes cum diutius mari imperitassent italium pelagus tyrrenum ab se denomiātur. Pedestri quoq; exer-  
 citu præualidi tubam primi adiuenerunt & bello admodum utilem & ab illis tyrrenum appellatam  
 Duces exercitus pluribus insignibus decorarunt. lictores illi. eburneā sellā togā purpureā adicientes  
 Domibus addiderunt ponticus. in quis seruorum ac cōcurrentium turba diuerteret: que imitati post-  
 modum romani inq; melius aucta ad suam rem. p. transtulere. litteris quoq; & rerum naturalium iue-  
 stigatiōni ac theologiae plurimo tempore impenso. præceteris in fulgurum interpretatione uersati  
 sunt adeo ut nostra quoq; ætate uniuersus ferme orbis tum admiretur uiros tum fulgurum interpre-  
 tibus utatur. Patriā uberem incolunt: quā studio curaq; efficiunt fertiliorem. Mensa bis in die sum-  
 ptuose præparata: omnia quæ ad epularum delicias pertinent abunde subministrant. Stragulas insuper  
 uestes floribus distinctas poculaq; aurea uarii generis ac ministroꝝ seruoꝝq; numeꝝ pmagnū in usu  
 habent multiplices: ubi non solum serui famulantur. sed etiā liberi plures. Postremo priori uirtute ab-  
 iecta potui se atq; ignauitæ tradentes haud iniuria ptā maiore suorum in bellis gloriā amisere. Non aut eorū  
 pagæ ad delicias impulit patriæ fertilitas: q; fructifera regū copia ad inertā uoluptatēq; traduxit. Sunt tyr-  
 reni capi lati collibus distincti cultiq; admodum solo fertili: ut q; aq; nō hyemis tantū: sed æstatis quo-  
 q; tpe abundet. Nūc insulas meridiē uersus in oceano arabie: q; ad orientem spectat. terminatur aut ea: q;  
 dici cadrosia: positas referemus. ea arabie portio pluribus pagis urbibusq; haud ignobilibus incolit: q;  
 alie eminentibus collibus sitæ sūt: alie in tumulis aut patētibus capis. regias hnt q; insigniores sūt admodū lu-  
 ptuosas: frequentibusq; habitatoribus satis opulētas. oēs ea priā pascuis uariiq; generis pecoribus plena est  
 Flumina insuper per eam decurrentia campos irrigant. quo redduntur fertiliores. ideoq; pars arabie  
 aliis ubertate præstat. Foelix est appellata. Ei regioni: quæ oceanū iuxta est: plures apponūt insulæ: q; nō

carthagi-  
 nensium  
 opes un-  
 de

Cassite-  
 rides

ligures

tyrreni  
 Tuba  
 licitoris  
 ponticus

tres merentur litteris commendari. Vn in qua non licet sepeliri uita functos sacra dicitur: Altera huic propinqua est stadiis septem: ad quam deferunt sepelienda corpora. Sacra fructibus caret præterq̄ ture: quod in ea adeo excrescit. ut per uniuersum orbem satisfaciatur deorum sacris Fert etiam myrrham plurimam & alia uarii generis aromata odorem præbentia. Tus percipitur hoc pacto. Arbor est magnitudine parua aspectu spinæ ægyptiæ albedine. Folia arboris: quæ citea dicitur similia. Flos colore croceo. Tus ab arbore quemadmodum lachryma emanat. Myrrhæ arbor lentisco æqualis est. Foliū frequentius tenuiusq̄. Fluit autem effusa ab radicibus terra. in solo ubere bis in anno fructum reddit uere atq̄ æstate. sed rubeum uere propter rorem. æstate album. Colligunt autem paliuri semen quo pro cibo potuq̄ utuntur. & ad uentris fluxum. Variū est usus ea omnis regio. Sed optimam rex possidet concessa ei decima omnium insule fructuum parte. insulæ latitudinem ducentorum stadiorum eē aiunt. incolitur a pancheis: qui & tus & myrrham in continentem ferunt uendentes arabis mercatoribus: a quibus alii precio sumptas in phœnicem syriam & egyptum transueunt. inde a reliquis orbis mortalibus importatur: Est & tertia magna insula haud amplius triginta stadiis ab hac remota. Ad orientalem oceanum spectans plurimum stadiorum longitudine ab eius promontorio: quod ad occidentē uergit elatiora in die loca tradunt aspici. Sunt in panchea: quæ historiæ mandetur digna habitant eā indigenæ. qui dicuntur panchei. Externi præterea indi scytæ cretes oceano aduecti. Ciuitas est in ea pulchra nomine panara admodum foelix. Qui in ea habitant ministri iouis triphillii dicuntur. Soli enim ex his: qui pancheam oram incolunt. suis uiuunt legibus: liberi absq̄ rege. Annuos. tamen sibi principes creant tres: quorum iudicio mortis excepta pœna singula: ita tamen ut res maximas ad sacerdotes referant: permittuntur. Ab hac urbe stadiis sexaginta iouis triphillii abest templum in cæpstri positum loco: quod tum uetustate tum edificii magnificentia tum natura loci mirabile habetur. Agri circa templum diuersis arboribus pleni sunt & fructum & uoluptatem uisui afferentibus: Cyparissis enim ingentibus platano lauro myrto habundat quibus augmentum prebet terra scaturientibus aq̄s irrigua. Ex agris templo propinquis adeo ingentes dulcis aquæ fontes manant ut flumen efficiant nauigijs aptum. Ex his diuisa in multas oras aqua reddit arbores altitudinis præcipuæ quarum sub umbra æstatis tempore calorem homines uitant. Diuersæ insuper uarii coloris aues quæ in arboribus nidificant tum suauis aures cantu tum uisum oblectant. Orti præterea plurimi prætæ multiplicibus herbis floribusq̄ uirentia decorum aspectum reddunt diis loci dignū: Palmæ ingenti magnitudine etiā uberes fructu. Nuces quoq̄ fertilem cibum incolis prebent. Præter hec uites in altum elatæ multiplici palmitate patriam efficiunt fertiliorem. Templum ingens ex albo ædificatum lapide magnis sculptisq̄ sustentum columnis duorum iugerum longitudinem: cui æqua est latitudo: complectitur. Per magnæ deorum statuæ summa arte fabricatæ templum exornant: Circum uero sacerdotes quibus sacrorum cura demandata ē domos habent. Est quoq̄ templum iuxta circus longitudinis stadiorum quattuor: latitudine iugeri. Ab utroq̄ circi latere ligna ænea ingentia sita sunt quadrata basi. in eius fine ex uberibus fontibus fluuius quem diximus colore albo profluit. Appellant autem hoc flumen solis aquam: q̄ potu sumpta plurimū confert ad corporis ualitudinem. circundant omnem fontē margines ex lapide sumptuoso ab utroq̄ latere stadiis quattuor usq̄ ad marginis extremum nulli præter sacerdotes ire fas est. Ager qui circum adiacet stadiis ducentis diis sacer est. Cuius uestigialia in sacrificiis consumuntur. Hos ultra campos mons est excelsus diis dicatus quem cœli sedem appellant: olympumq̄ triphillium. Ferunt enim olim cœlum orbi imperantē cū ad hæc loca diuertisset ex eius montis cacumine cœlum & stellā contēplasse: ac deinceps olimpū triphillii: quā externæ in eo gētes sed urbes quoq̄ eorū Ardenā loiā Asterusā delesse. Sacra insuper in eo monte instituisse: quæ sacerdotes caste annis singulis celebrarēt. Post hunc montem in alia pancheæ ora uarii generis sunt animantia. Elephātes plurimi. leones: Pardali: Damæ: diuersaq̄ præterea animalia tū aspectu uario: tū robore miranda. Habet præterea ea insula tres nobiles urbes. Hyracidā. Dalidā. Oceanidā. Regio ois fructifera: sed uini maxime abundans. Viri bello apti. Curribus in bello utuntur more prisco. Politia eorum trifariā partita ē. primū locū sacerdotes tenēt quibus addunt artifices: Secūdū agricolæ hñt. Tertiū milites. quibus pastores adiiciunt: **Sacerdotes omnium sunt duces: quibus & controuersiarum iudicia & publicarum rerum arbitria permittuntur.** Rustici agros colunt: fructus omnis in commune conferentes. Qui ex eis optime uidentur agro colendo uacare. hi usq̄ ad numerum decem ad cœterorum exortationem distribuendorum fructuum iudices ab sacerdotibus leguntur pastores tum ea quæ ad sacra pertinent tum reliqua in publicum alia numero pondere alia cum omni ferunt diligētia. Nil. n. priuati cuiusq̄ domo atq̄ orto exceptis: sed tū uestigialia tū cœtera sacerdotes percipiūt: æque illa cœteris: put usus fuerit dispartietes. ipsis duplū conceditur: Vestibus iduunt mollibus. Oues. n. apud eos plurimū ab aliis differunt mollitiæ. Ornamenta aurea nō tm mulieres: sed et uiri deferunt torq̄bus collū ornantes armillis manus aures more psæ in auribus pedes nouis ac uarii coloris calceis. Milites patriā armis tutant. pars. n. qdā eius orae a latronibusq̄ agricolas per insidias capiūt i festa ē. Sacerdotes ultra reliquos delitijs uacant uitā ducētes mūdā ac sumtuosā. Stolas lineas maxime tenues ac delicatas: quandoq̄ uero uestes ex moliori lana contextas induuntur. Mitras insuper gestant auro intextas. Sandalijs pro calciamentis uarii coloris utuntur summa arte factis. Ferunt & aurea mulierum more præter in aures ornamenta. Hi maxime deorum icūbunt

Thuris  
collectio  
myrrhapaliurus  
pancheipanara  
Triphillii

Solis aq̄

Cæli se-  
des  
Ardena  
loia  
asterusa  
hyraci-  
da  
Dalida  
Oceani  
da

curæ hymnis & laudibus eorum gesta recensentes. narrant sacerdotes genus eorum mansisse a creta  
 ab ioue ductum: cum in pancheam uenisset. quo tempore inter homines uersatus orbi imperitauit.  
 Horum coniecturam ex sermone sumunt: cum multa penes eos uerbis cretensium dicantur: beniuo-  
 lentiamque quam erga cretenses habent tradita illis a maioribus huius rei memoria a parentibus cœ-  
 pisse. Ostendunt preterea horum scripta quedam ab ioue relicta quo tempore templum construxit.  
 Referta est etiam ea patria auro argento ære stagno ferro. Quorum nil extra insulam asportari licet  
 neque uero sacerdotibus extra locum sacrum proficisci fas est. Ultra deprehensum interfici licet. Dona  
 plurima aurea atque argentea diis a longo tempore oblata in templo seruantur. Valuæ eius structura  
 mirabili auro argento ebore sunt decore. Dei lectus sex est cubitorum longitudine quattuor latitudine  
 aureus totus opifico splendido ac uenusto Similimodo & dei mensa tum magnitudine tum pari ipen-  
 sa splendoreque iuxta lectum posita. Huius in medio est & alter lectus ex auro permagnus sacris ægyp-  
 tio tum litteris inscriptus: in quis cœli & iouis gesta deinde dianæ ac apollinis a mercurio scripta con-  
 tinebantur. insulas oceani arabicæ oppositas cum recensuerimus. Nunc ad eas transeamus: que gratiã  
 ægeumque pelagus spectant initium earum a samothracia sumentes. Hanc nonnulli Samon uocitatem  
 prisca temporibus tradunt. Deinde ab antiqua samothracia insulæ propinqua. Samothraciam dictã  
 Habitarunt eam prius aborigenes: cum eorum qui in ea primum fuere tum homines tum duces nul-  
 le nuptiæ ferantur. Quidam aiunt prisca temporibus insulam uocatam samum ab incolis qui ex sa-  
 mo ac thracia eo profecti sunt dictam samothraciam. Sua olim lingua ab origine usi sunt. Cuius mul-  
 ta uestigia in sacris ad nostram usque ætatem perdurant. Tradunt samothraces ante deucalionis diluui-  
 um aliud quoque antea magnum apud eos extitisse. id primum ab hostio cyaneo deinde ab hellepon-  
 to erupisse: Ponti enim pelagus in modum stagni fluminum in cursu aquarumque inundatione adau-  
 ctum adeo supramodum in hellepontum effluxit: ut asiæ magna pars secus mare sita fuerit diluui-  
 o absumpta. plana quoque samothraciæ ora crescente mari uastata est. Qua ex re posteri piscatorum non-  
 nulli iactis retibus quædam columnarum lapidea capita in terram traxere tanquam ciuitatibus aqua sub-  
 mersis homines ad altiora insulæ loca confugerint. Decrecente deinceps mari accolæ uota diis fecis-  
 se salutemque consecutos circum insulam salutis terminos statuisse tradunt. Erexisse quoque aras: in qui-  
 bus nunc quoque sacrificatur ut palam sit ante diluuium eam insulam habitatam. Postmodum ortum in  
 ea ferunt Saona ex ioue ac nympa ut quidam uolunt ut alii ex mercurio & rhena: qui populum disp-  
 sum in unum congregans inditis legibus Saona ab insula uocatus est. Hic populum in quinque tribus  
 partitus cuiilibet indidit filiorum nomen: Tradunt eo tempore ex ioue ac electra Dardanum iasium.  
 & Harmoniam ortos. Dardanus uir prudens in aliam nauigio transuectus urbem dardanam condi-  
 dit: constituto regno quod posteri troiam appellarunt populos sibi subditos dardanos uocari iussit. in  
 multas preterea gentes has imperio diffuso dardanos in eis pro thracibus locauit. Ioué uero aiunt cum  
 uellet filiorum alterum honore insignem esse docuisse eum initiandi ceremoniasque haud fas est au-  
 re nisi initiatos. Videtur autem hic primus hospites initiasse. ex que ea re ceremonias reddisse celebri-  
 ores. Cadmus deinceps Agenoris Europam querentem cum ad eos peruenisset perceptis cerimo-  
 niis Harmoniam duxisse uxorem iasii non ut greci fabulantur martis sororem: Has nuptias a diis pri-  
 mum celebratas ferunt. Cereremque in gratiam iasii ei ex frumento panem attulisset. Mercurium lyrã  
 palladem decantatum monile pepulum ac tibias. Electram uero magne deorum matris sacra celebra-  
 ri ostendisse cum cymbalis ac psallentium tympanis. Et apollinem quippe cythara usum & musas tibias.  
 Ceteros deos plausu nuptiarum iocunditatem auxisse tradunt. his actis Cadmus iuxta oraculi respon-  
 sum condidit in boetia thebas: iasius sumpta uxore cybele genuit corybantum. Verum ad deos transf-  
 lato. asio Dardanus cybeles ac coribantus sacra deorum matris in phrigiam detulerunt. Ceres primo  
 nupta olympo genuit alcem deamque Cybelem ab se nominauit. Corybantus eos qui matris sacrifici-  
 is incumbere appellauit ab se Corybãtas. Despondit quoque theben cilici natam. Tibias insuper. ide-  
 in phrigiam traduxit ac in lynessum mercurii Nyram ab achille postmodum sublatam ex iasio pre-  
 terea ac cerere plutonem fabulæ natum uolunt: uerum constat frumenti copiam in nuptiis armoniæ  
 ob iasii beniuolentiam dono datam. Que de eiusmodi ceremoniis singulatim traduntur in archanis  
 seruantur solis initiatis nota. uulgata. est horum deorum presentia: atque in periculis mirabile presidium  
 ipsorum inuocantibus numen Effici quoque assueuerant horum ministeriorum participes iustiores ma-  
 gis pios & prorsus meliores uiros. ideoque uetusti heroes ac semidei qui præclari fieri initiari sumo-  
 pere cupierunt: Nã iason castor pollux hercules orpheus his initiati sacris fortunati in bello hog: deo-  
 fauore extiterunt. Nunc ad naxum ueniamus. Hanc primùm strongylẽ dictã habitauerunt ex huiusmodi cau-  
 sa thraces. Fabulantur boreos pueros fuisse butem ac lycurgum non ex eadẽ matre fratres. Butes qui iunior  
 erat cum isidias parasset fratri re palã facta nil asperius lycurgus egit: quã ut una cum isidiatoribus nauigijs sú-  
 ptis butes nouã patriã cogere querere. itaque thracibus periculi socijs assuptis per cycladas ad insulã strongy-  
 lẽ profectus nauibus nauigãtes perdari cœpit. Cũ raræ apud eos eent foemina: multas ex alijs locis mari  
 raptas aduexere. Cycladum quãdã oïo deserta erant: quãdã paucis incolis fultæ. Quapp alias regiones per  
 dadi gratia petetes cum ab Euboia arceretur ad thessaliã nauigarunt. ubi incontinẽtem descendens bu-  
 tes casu in sacerdotes Dionysii circa montem arcadiæ: qui dicitur dryos orgia celebrantes incidi.

Sacerdo-  
tum ter-  
miuiSamos  
Samo-  
thraciaDiluui-  
duoSaon  
Darda-  
nus  
iasius  
Harmoni-  
a  
Darda-  
uia  
Cadm-  
Harmoni-  
aThebe  
iasius  
Cibele  
Coryba-  
tus  
Ceres  
Olym-  
pus  
Coryba-  
tes  
iasius  
pluto  
Naxos  
Strögy-  
le  
Butes  
Lycur-  
gus  
Drios

His conspectis quaedam abiectis in mare sacris confugerunt. Aliæ montem propinquum petiuere. coronis raptam ad Butis concubitum compulsa est. Quod illo molestius ferente cum dionysii auxilium implorasset Butes in saniam uersus in puteum se deiciens expirauit. Reliqui thraces aliis mulieribus raptis: in quis clarior fuit uxor Aloeï iphimedia: eiusq; filia pancratis in insulam sunt reuerfi: Hic thraces loco Butis alium regem insulæ præfererunt Agastomenum. Cui pancratidem aloeï filiam præstantem pulchritudine matrimonio iunxere. Verum anteq; regi desponderetur duces eorum precipui: si celos atq; ceteris pro pancratide mutuis uulneribus dissensione inter eos orta conciderunt. Agastomenus amicorum cuidam nuptui iphimedia dedit. At uero aloeï Ephialtes atq; othus filii ad inuestigandas uxore filiaq; missi cum in strongylem peruenissent thracibus bello subactis urbemq; obsessam de iuncta postmodum pancratide in insula thracibus imperantes mansere: appellaruntq; insulam diam. Orta postmodum inter eos regni contentione cum ad certamen descendissent. multis utring; cadentibus mutua occubuerunt cede. Ab incolis postea tanq; heroes culti Thraces qui superferunt cū ananis postea ducentis insulam tenuissent siccitate urgente eam deferere coacti sunt: Cares deinceps ex lamia aduecti insulam possederunt quibus Naxos polemonis imperans pro dia ab se cognominauit. naxon. hic uir bonus ac præclarus filium reliquit leucippum. Ex quo ortus filius Merdeus imperauit insulæ. Theseus postmodum ex creta cum ariadne profectus in ea permansit insula. Qui cum per somnium dionysium sibi nisi ariadne reliquisset minitante uidisset timore perculsus muliere ommissa ex insula discessit. Dionysius noctu sumptam Ariadnen in motu tulit qui appellatur dryos. Et his primū euanuit ut deus tum quoq; Ariadne non amplius uisa est. Ferunt naxii hunc deum apud eos nutritum ob eamq; rem insulam sibi acceptissimam esse. Nyfiadamq; a nonnullis dici. Nam iouem eorum fabulæ tradunt Semele ante partum fulmine icta sumptum in femore infantem ut clam iunone esset usq; ad pariendi tempus abscondisse. inq; naxo insula natum philæ coronidi Clidig; loci nymphis prebuisse educandum. Fulminasse autem ante partum Semelen: ut non ex mortali sed ex duobus diis ortus euestigio fieret immortalis: Incolis uero ob dionysii nutriendi curam gratiæ redditæ felicitate insule. & ut classe prestarent prebita. Nam primi ab xerse deficientes & classe eum oppugnarunt: & apud plateas in acie opera eorum insignis fuit. Vina præterea habent precipua. inditium haud paruū dei erga insulam affectiōis. Hanc simen antea dictam cum esset cultoribus deserta primum cum trio po aduecti aduene habitauerunt. Horum duces cithonius neptunni filius ac symes a quo & insula id nomen sortita est extiterunt: in ea postmodum regnauit addita cnydiæ parte Nireus charopi atq; aglaia filius spetiosus admodum. qui cum agamennone ad troiam profectus est. Confecto troiano bello insulam cœperunt chares: quo tempore plurimum mari poterant. Hi siccitate ingruente fugiētes ex insula locum quem Vranium dicunt habitauerunt. Sime mansit deserta quoad lacedæmonis argiuisque ad eam insulam transeuntibus habitata est. Quidam nauus nomine qui antea cum ippoto uenerat sūptis uoluntariis colonis in simen tunc inhabitatam primum transiit. Deinde nonnullos duce Zucho eo nauigantes communicata cum eis insula suscepit. Eam coloniam a cnydiis ac rhodiis deductam ferunt. Calydnam uero ac Nysiram olim acaribus possessas Tattalus postmodum herculis tenuit: Amphitus deinde phippusq; coorum regis filii ad illum ab his insulis nauigantium duces fuere. Tum uero a troia quattuor agamennonis nauibus ad calydnam aduecti immixtiq; ac obliis ibidem permanserunt. Priscos nyliræ incolas terremotus absumpsit. Peste deinceps afflictæ insula eo coloniam misere rhodii. Carpathon primi inhabitauerunt quidam minois milites: Quo tempore græcorum primus maris imperio potitus est. Multis postmodum seculis ioclus dimoleontis argiuis genere iuxta certum refectum coloniam in carpathum deduxit. Rhodus insula primum inhabitata est ab his quos Telchini nes appellant secundum tabulas maris filios. Fertur sane eos una cum chalphurna oceani filia nutrita se neptunum ab rhea illis datum. Fuisse quoq; eos aiunt quarundam artium inuectores aliaq; ab iphis utilia per multa in usum hominum deducta Statuas insuper deorum fabricasse primo quedam antiqua eorum nomine signa fuisse appellata. Nam apud lidios apollo Telchinus: iuno ac nympe apud alios telchinæ Apud camireos iuno thelchinia dicuntur incantatores etiam uolunt eos fuisse & tanq; magnos nubes himbres gradinem niuem inducere ac mutare proprias formas cum uellent solitos inuidi quoq; in doctrina artium extitere: Neptunus iam uir ex alia Telchinium sorore ab se dilecta genuit liberos mares sex. Femellam unicam nomine Rhodos: a qua & insula cognominata est: Fuerunt in ea parte insulæ. que ad orientem ptinet gigātes: quo tpe iouē ferūt expugnatis Titais imalie nimphæ amore captum tres ex ea suscepisse pueros. Spartheum Saturnum Cytum. Quorum ætate tradunt uenerē cū ex cythero cypru peteret aditu phibitā a neptunni filiis claris admodum atq; a iō elatis ea q; re turbatā deā eos in insaniam ab se uersos adegisse: ut matrē ui cognoscerent multisq; incolas afficerēt calamitatibus. Quæ neptūnus pspiciēs filios ob rei pudorē suffodit i terrā: quos orientales demones appellat. Aliā i mare plectā uocauit Leucothea: cui immortalium honores incolæ tribuerūt. postmodū telchinis futurę puidētibus diluuiū fliēta abiēit insula. Lycus deiceps cū i lyciā uēisset: tēplū lycii apollinis pene xathū fluuiū exiit. Facto diluuiō coeteri qdē aq; deleti sūt locis isule piāis ob pluuias i modū stagni redactis: pauci & i his iouis filii q; ad mōtes fugerāt euaser. sol scdm fabulas rodie amor captus insula a q; amota Rhodū ab ea dixit. Veg; id constat cū a pmordio insula referta paludibus admodū hūida est

coronis  
iphimedia  
Pancratis  
Agastomenus  
aloeus  
Ephialtes  
Othus  
Dia  
Naxes  
Leucippus  
Merdeus  
Theseus  
ariadne  
Dryos  
Dionysii  
ortus  
Nyfiada  
coronis  
  
Sime  
cithonius  
Nireus  
  
Nauus  
Zuchus  
Calidna  
Nisira  
Tattalus  
Amphitus  
Phippus  
Carpathos  
ioclus  
Rhodof  
Telchini  
nes  
neptūni  
alūni  
  
rhodos  
imalia  
Spartheus  
Saturnus  
Cytus  
Leucothea  
licus  
Solis  
amor

Rhodof set solis calore arefactos humores terram fertilem reddidisse. Ab eo autem genitos septem numero  
 ochim qui dicti sunt heliades. Cum alii preterea indigetes populi insula inhabitarent. existimatum est insula  
 Cercha soli sacram ee. Rhodii quoque postmodum solem prediis ceteris coluerunt tanque sui generis auctorem  
 phus Traduntur filii ochimus cerchaphus macer Actinus. Tenages Triopas Cadalus filia una Electione que  
 Actinus adhuc uirgo functa est uita hereicos post obitum honores a rhodiis sortita. Cum iam uiri essent helia  
 Tenages des solem ferunt dixisse: qui minerue. primum sacra fecissent apud eos deam futuram. Quod idem cum  
 Triopas atheniensibus predictum eet: aiunt ab hiliadibus ommisso propter festinantiam igne imolata hostia Ce  
 Cadalus cropem athenensium regem postmodum accenso igne sacrificasse. Ex quo hucusque mos huius sacrifi  
 Electioe ti solum in rhodo perseverat: ibique permansit dea: Hec de rhodiis prisci tradunt. in quis est zenon qui  
 eius insule gesta scripsit. Heliades peritissimi omnium sed maxime in astrologia fuerunt. addiderunt quo  
 que ad nauigandi artem pmulta. Situm insuper terre conscribere. Prestantior inter eos Tenages fuit a  
 tenages fratribus ob inuidiam occisus. Qua re nota caedis participes aufugerunt. Mater quidam in lesbum. ca  
 dalus in choum Actis ad egyptum transiens in patris honorem solis condidit ciuitatem. A quo ad egy  
 ptios astrologie notitia traducta e. postmodum graecia diluuiio oppressa cum plurimi homines peris  
 sent & litterarum quoque monumenta deleta sunt. At diluuii expertes aegyptii astrologiae artem sunt  
 profecuti: Qua in re cum graecos ob litterarum defectum anteirent accidit ut primi aegyptii credere  
 tur astrologie extitisse repertores. Eodem pacto cum ab atheniensibus urbs nomine Sai in aegypto fuis  
 set condita & haec quoque propter diluuium ex hominum memoria delapsa est. Hanc ob causam existi  
 mant multis post seculis Cadmum agenoris filium primum litteras in graeciam attulisse. Atque ideo grae  
 cos quadam communi ignorantia ductos litterarum inuentione illi acceptam tribuisse. At uero triopas in  
 Astrologie repertores cariam nauigans promontorium tenuit ab eo postmodum triopion cognominatum. Reliqui solis fi  
 Sai lii qui procul a culpa caedis erant permansere in rhodo habitantes in ilyfia ubi & urbs condita ab eis est  
 Liarum inuictor nomine achaia. Horum ochimus natu maior regnum tenens uxorem egetoriam loci nympham du  
 Cadmo xit: ex qua genuit filiam Cydippen Cyrben postea appellata. Qua cercaphus frater in uxorem sump  
 Triopi pta in regno successit. His uita functis filii tres regnum coepere lindius: Ilysus. Camirus: Inundatione  
 ilyfia deinde aquarum secuta Cyrbe deserta cultoribus facta e. ipsi patriam inter se partiti quilibet Ciuitate  
 Achaia sui nominis condidit Post hec danaus ex egypto cum filiabus aufugiens in lindiam Cypru appulit su  
 Egeto ria ceptusque ab incolis erepto minerue templo statuum ingentem deae dicauit. Hoc tempore cadmus ad  
 cydippe perquirendam Europam missus uehementi iactatus tempestate in rhodum uenit. ibique suscepto antea  
 Cyrbe dum fluctibus agitantur uoto edificauit neptuno templum. Eiusque curam phoenicibus quibusdam  
 Lindius ab se in insula relictis qui ialysus permixti cum eis permansere demandauit. Ex his postmodum sacer  
 ilysius dotes qui faciendis preessent sacris ex successione manarunt. Cadmus & mineruam lindiam ornauit  
 Camirus donis. in quis olla fuit aerea admodum conspicua atiquo more fabrefacta. In ea litteris pheniceis quas  
 Danaus aiunt primum ex phoenicibus in greciam allatas appellatasque phoeniceas inscriptum erat terram rho  
 Cadmo dia a serpente uastatam iri. Quapp rhodii postmodum in delphos sciscitatum misere. Quo pacto id aduerte  
 Phorbas erat in thessalia sociis priam ad habitandum queres: ac cito iuxta dei responsu phorbati ps insula ad habitandum con  
 cessa e Cuius uirtute deletis serpente liberata est eo tempore rhodos. Fuit hic ceteris quoque rebus uir bo  
 nus: unde & post obitum heroum meruit honores. His actis althemenes catarei filius cretesium regis  
 Althe menes' cum oraculum de quibusdam sciscitaretur: responsu tulit in fati e e ut pater ab eo interficeretur eui  
 cataree tare fata cupiens sponte cum plurimus uoluntariis abiit in eam rhodi oram: quae camiros dicitur su  
 praque acabyrum montem ioui templum construxit acamirium appellatum Quod & nunc quoque su  
 Acaby rus pra excelsu montis cacumen positum unde creta conspici potest precipuo habetur cultu. Habitabat  
 Althemenes cum his qui eum secuti erant in camiro precipuo incolarum honore habitus. At pater Ca  
 tatreus cui nulla erat alia ples mascula filii quem precipuamabat actus desiderio profectus est in rho  
 dum reperiendi nati eiusque in cretam deducendi cupidus. Verum uir fatorum: que superari nequit ur  
 gente cum noctu in insulam descendisset orta inter suos locique incolas contentione ac pugna Althe  
 menes suis auxilio accurrens iaculo inscius patrem occidit Qua ex re althemenes dolore ingenti per  
 cussus cum tante uim calamitatis ferre non posset: fugiens hominum confortia ac sermones solusque  
 p deserta inuique loca aberrans dolore consumptus expirauit. Cui a rhodiis postmodum honores he  
 roum impensu sunt paulo ante troianum bellum. Tlepolemus herculis filius ob licynii cedem ab se in  
 Tlepo le mus scio interfecti ex agro sponte fugiens secundum oraculi responsu: quod super colonia deducenda con  
 suluerat cum certis populis transcendit in rhodum. ibique ab incolis susceptus habitauit. Factus deinceps  
 in sula rex & patriam omnem reddidit insignem & iuste imperauit. inde ad iliium cum agamenone p  
 fectus est regni administratione Buti qui ex agris cum eo fugerat permissa. is uir bello clarus in agro  
 troiano defunctus est. Quoniam rhodiensium rebus cherronesi qui locus eis oppositus est. quedam  
 sunt immixta: haud ab re censemus & ipsa litteris tradere. Cherronesus olim ut nonnulli tradunt a na  
 tura loci qui hystmos dicitur. Vt uero scripserunt alii a cherroneso qui eis imperauit oris nomen tra  
 xit. Haud multo post huius imperium uolunt Curetes quinque ex creta eo transfretasse illorum poste  
 ros qui ab ioue & rheae orti sunt inque ideis montibus cretae educati. li in cherronesum haud parua clas

se nauigantes cares in ea habitantes expulere: omnemq; eam subactam patriam in quinque distribue-  
runt partes condita a quoque eorum sui nominis ciuitate. Paulo uero post inachus argiuoque rex amissa  
Io filia Cyraum præstantem ducem cum haud cõtemnenda classe ad eam inquirendam destinans redi-  
tum absque filia interdixit. Verum cum diutius uariis peragratis orbis locis incassum quesita esset: ex ca-  
ria cherronesum contempta patria petiuit: deinde partim suadendo partim cogendo quorundam lo-  
coque rex factus est Ciuitate ab eo nomine suo cõdita. Vtilitati publice itentus magna gloria apud sub-  
ditos uixit. Triopas deinceps cõtaminatus cæde fratris cum in cherronesum peruenisset: a Melisseo  
rege cedis purgatus in thessaliam tranſiit Deucalionis filius belli presidio futurus pulsus. inde pelagis  
agrum doteum sortitus est. Cum templum cereris euertisset: eius materia abusus est ad regie constru-  
ctionem. igitur incolarum odio cõttracto ex thessalia fugiens cum populis qui secum nauigant in cny-  
diam uenit. in qua & Urbem cõdidit sui nominis Triopiam. inde pfectus & cherronesum cepit & ei  
conterminæ plurimã cariaẽ partem. De triope genere plures scriptores poetarumq; dissentiunt. Nã tra-  
dunt quidam ipsum ex canace eoli filia neptunoque. Alii ex lapitho Apollinis Scibeque penei ortum. Est  
in castabo cherronesi templum sanctum Semideæ De qua cum multa uarie ferantur haud silendũ ui-  
detur. Verum nos id quod magis increbuit quodque consentiunt accolæ referemus. Staphilo ac Chris-  
btheo defuisse tradunt filias tres: Molpadiam Rheam. Partheniam rheam ab apolline cõpressã gra-  
uidam esse factam: patrem iratum tanquã ab homine corruptam filiam in arca inclusam. in mare de-  
iecisse: quæ cum in delum appulisset: filium genuit nomine anium. Mulier preter opinionem salutem  
afsecuta infante post partum supra apollinis altare posito deum orauit. ut si ex eo esset genitus puerũ  
saluaret. apollinem dicunt abscondito in fante eius educandi curam cõpisse. Doctumque deinde diui-  
nandi artem magno honore affecisse at uero Molpadiam partheniamque rheæ sorores patris custo-  
dientes uini amphoram pauloante inter homines reperti somnus oppressit. interim nutrita apud eas  
sus thalamũ ingressa uini amphoram fregit. Quo dissipato uirgines patris iracundiam ueritaẽ cum ad  
littus confugissent e saxo se in mare præcipitauerunt. appollo in earum sororis gratiã manibus suscep-  
tas in cherronesi urbes incolumes detulit. partheniã in bubasco cherronesi diuum honores habita-  
re fanum ædificatum. Molpadiam in castamum accedens prædicatione apollinis Semideæ dicta apud cher-  
ronesos in honore fuit. in eius sacris propter casum: qui ex uino accidit. Melicrato libant. Tangentem  
uero aut edentem porrum nequaquã fas est templum ingredi. adeo autem postmodum semideæ re-  
ligio excreuit ut non incolæ solum: sed exteræ quoque gentes ad id templum proficiscerentur sacris do-  
nisque egregiis deam colentes. Quod uero maximum habetur Persæ imperantes asiæ cum omnia gre-  
coque loca sacra expilasset: solũ huius semideæ tẽplũ itactũ liqre. latrones insup singula rapientes hoc solum  
haud quaquam muro cinctũ: ut absque periculo spoliari qat inuiolatũ sinũt. Huius rei causam tradũt deã cõ-  
munem in omnes beneficentiam. Nam & egras per somnum curas morborum docet: & multis insu-  
per sanitatem desperantibus salutem præbet. Mulieres præterea parturientes a laboribus ac uitæ  
discrimine hæc liberat dea. Quo factum est ut plurimorum: qui salutem affecuti sunt donis refertũ  
templum existat. neque custodibus neque mœniis: sed religione tutis. & de rhodo: cherronesoque hæte-  
nus. Nunc ad cretam transeamus. Qui prius cretam inhabitauerunt antiquissimi dicuntur etheo cretæ  
indigetes fuisse. Horum rex cretas fuit plurimarum in ea insula rerum: quæ ad uitam mortalium cõ-  
ferent inuentor. Plures quoque deorum apud eos fabulantur extitisse: quos propter beneficia homini-  
bus impensa ut deos postero coluerunt. de quibus singulatim recensebimus: eos imitati: qui cretensium  
gesta conscribere. Frimi. qui quidem memoriæ tradantur in creta circa idem habitauerunt: idæi dactyli  
appellati. Hos quidem centum fuisse numero tradunt. Alii decem: qui eo nomine uocati sunt: ob pa-  
rem numerum manuum digitorum: in quis est: Ephorus. uolunt Nonnulli Ideos dactylos ex ida:  
quæ est in phrygia extisse. indeque cum Migdono transcendisse in europam diuinandi quoque  
arte peritos docuisse cantũ initiationes ac mysteria. In Samothracia uero magnam sui admirati-  
onem præbuere incolis: quo tempore orphea ferunt ingenio ad poesim melodiamque præstanti horum  
discipulum primum ad græcos iniciandi morem mysteriaque attulisse. idei dactyli traduntur. ignis usũ  
ac æris ferrique naturam quoque modo fabricarentur in loco: quem berecynthum dicunt. inuenisse: cum  
magnum bonorum generi hominum haberentur auctores immortalium honoribus donati sunt  
Scribunt etiam unum ex eis appellatum herculem: qui cum gloria excelleret olympia instituerit certa  
mina. Posteros uero nominis similitudine ductos esse opinatos ab hercule Alcmenæ ea certamina in-  
stituta. Horum asserunt antiquitus & nunc usque extare uestigia. quæ sceminae plures ab hoc deo cantus  
quosdam summant: ac superfligiosa quædam faciunt. tanquam & ipse incantator extiterit & initiati-  
onibus deditus. At hæc plurimum aliena sunt ab hercule. qui est ex almena ortus. Post ideos dacty-  
los secuti sunt curetes nouem. quos quidam ex terra genitos uolunt. Alii progeniem idey dactylorum  
Habitasse autem in montibus ac conualibus arborum plenis tecta ac indumenta: quæ natura prebe-  
ret: nondum repertis domibus: habentes. Cum prudentia eminent multa ad uitam utilia ab eis in-  
uenta sunt. Nam primos omnium greges coegisse: aliquaque mansuefecisse pecora. Mellis insuper &  
sagittandi uenandique modum induxisse perhibent. Hominum quoque cætus ad communem uitæ & le-  
gum disciplinam illos instituisse ferunt. Repperisse insuper ensem galeam ac cum armis saltandi mo-

inachus  
CirausTriopas  
melisseotriopia  
CanaceStaphi-  
lus  
molpa-  
dia  
Rhea  
parthe-  
nia  
anuiscretæ  
Cretas-  
rex  
idei datibericithi  
hercules  
olympia  
certami-  
na  
curetes

titanes  
caeli filii  
tere filii  
titea

hyperion  
latona  
iaphetus  
prometheus  
Memoria  
themis

Apollo

Saturni  
filii  
iuppiter  
ceres  
triptolemus  
leges  
ceres  
isis

Eleusin  
Frumētum

naugatio  
Neptunus  
Equi  
plutonif  
iumēta  
iuppiter  
Amalthea

rem: quorum strepitu permagno saturnus deceptus est. aiunt preterea iouem clam saturno ab Rhea matre datum ab his fuisse nutritum: de quo cum singulatim scripturi simus paulo altius narratio rependa est. Tradunt Cretenses curetum tempore titanis in gnosis habitasse: ubi & nunc quoque fundamenta uisuntur domus: in qua educata rhea est: atque antiquum cupressorum nemus. Fuisse autem sex numero uiros: feminas quinque ex caelo & terra natos quidam tradunt. Alii ex uno curetum matre Titea: a qua & id nomen sumpsere. Mares quidem: fuere Saturnus: hyperion: Conis: iapetus: Creius. potestremus oceanus: Hory: sorores Rhea thenus memoria phoebe: tethis. hi omnes rei alscuius: quae ului hominum esset. inuectores honores nomenque sempiternum adepti sunt. Saturnus natus maior rex factus homines ex agresti incultaque uita ad mores legesque & humaniore cultu deduxit. Quae ex causa cum magna esset apud omnes fama plura orbis loca peragravit: exhortans ad iustitiam singulos & animi uirtutem: obque eam rem subditos suos bonis moribus institutos reddidit probitate foelices. imperauit maxime quae ad hesperum pertinent. locis maximo in honore apud omnes habitus: ideo usque ad posteriora tempora & a romanis carthaginensibusque ac aliis proximis gentibus cerimoniae sacraeque praecipua saturno fiunt. Multa uero loca ab eo nomen sumpsere: Et cum legibus homines obtulerent: nulla iniustitia apud eos erat: Sed omnes eius imperio parentes summa cum uoluptate foelicem uitam agebant. Horum testis est poeta Hesiodus: qui eadem in suis carminibus affirmat. Huiusmodi saturni fabulae feruntur. At hyperion solis ac lune aliorumque astrorum motus horaque primum summa cura obseruationeque ab se percepta: ceteris noscenda tradidit. Ideoque horum parces nominatur ueluti ipsorum nature contemplator. Ex saturno ac phebe orta latona est. Ex iapeto prometheus. quem nonnulli scriptores tradunt igne ab diis furto sublatu hominibus dedisse. Sed ab eo constat illa quibus ignis aliter reperta. Ex titanibus uero memoria tradunt loquendi modum adinuenisse. ac rebus impoluit. se nomina. Licet a quibusdam ea mercurio tribuantur. Huic quoque dea rerum memoria. a qua & nomen sortita est. assignant. themim tum diuinandi artem tum sacra cultusque deorum introduxisse dicunt: eaque quae ad beneuendum & pacem pertinent ostendisse: ideoque conditores legum sacrorumque custodes eos. qui deos colunt: & hominum leges seruant dictos. Apollo quidem traditur cum esset responsa daturus themim consulere solitus tanquam diuinandi artis inuentricem. hi dei quoniam in plurimis profuerunt mortalium uitae. non solum immortales honores adepti. sed primi olympum post obitum habitare existimati sunt. Saturnus ac rhea uestam cererem iunonem iouem neptunum ac plutonem genuerunt. Horum uesta structuram domus inuenisse fertur. iuppiter postmodum apud omnes ferme hoies ob hoc beneficium honorari eam sacrificiis coli uoluit. Ceres frumeti. quod forte iter alias herbas nascebatur ignotum caeteris prima usum adinuenit: docuitque homines nascendi seruandique & ferendi modum. Est autem ab ipsa frumentum ante genitam proserpinam repertum. Nam post eius a plutone raptum frumenta omnia tum in iouis odium tum propter dolorem filiae incendisse ferunt. Sed ea inuenta & reconciliata esse ioui: & Triptolemo frumenti dedisse semen: mandasse quae: ut cum omnibus id donum participans modum seminandi monstraret. Traditur a nonnullis illam leges quoque dedisse. quibus homines iuste uiuere assuescerent. Unde & legifera dicta est. Et quoniam maximorum bonorum causa humano generi extitisset. ab omnibus non solum graecis sed barbaris quoque ad quos frumenti peruenit usus honoribus sacris quae solemnibus ac celebritate praecipua colitur. Nonnulli de frumenti inuentione secus sentiunt penes se eam primo Deam apparuisse frumenti quae naturam & usum penes se repertum asserentes. Nam traditur ab aegyptiis Cerere & iside eandem esse deam primam quae in aegyptum attulisse frumentum nilo aegypti campos irrigante. omni eadem regione ad ferendos fructus optime sita. Athenienses quauis inuentionem frumenti fateantur uolunt tamen aliunde in atticam delatum locum quae qui id primum donum suscepit eleusinam appellat: eo quod ab aliis id semen ad eam oram sit asportatum. Siculi: cum in insula Cereri ac proserpinae sacra existat aequum censent frumenti usum ei primum patriae fuisse ostensum. quam in primis amarit. Haud enim uerisimile est eam regionem quam ut propriam Ceres admodum fructiferam praestitisset: postremam huius beneficii participem effecisse: praesertim cum in ea insula & filiae raptus contigisset & frugum esset fertilis ubi etiam sua sponte: pro ut poeta tradit: nascatur ordeum ac frumeta. Sed de cerere haecenus. De diis uero aliis ex saturno & rhea natis neptunus secundum cretenses primus nauigandi arte inuenta classem instituit: eiusque praefectus est a saturno factus. Quapropter traditum est posteris neptunum imperasse mari: sacraque ei a nauigantibus facta. Addunt etiam Neptunum equos primum domuisse. artemque equitandi ab illo traditam: ex quo ippius sit appellatus. Plutonem uolunt sepulchrorum funerumque honorum qui mortuis impenduntur: usum introduxisse. Cum antea nulla rerum apud homines esset consuetudo: quae causa extitit: ut uita functis dominari existimaret. Antiquitate illi huius curae principium tribuente. De iouis genere atque imperio dubitatur. Nam quibusdam placet postquam saturnus ad deos transit suscepisse regnum: non uel patrem expulisse: iusteque & legitime regno potitum. Alii saturno uolunt in ortu filii responsum fore ut ab ioue uel regno pelleretur quae res saturnum impulit. ut filios saepius perimeret. id egreferens Ceres cum uiri animus placari non posset iouem in ida ab se editum clam nutriendum Curetibus iuxta idae montem habitantibus dedit. Hi in antrum ad nymphas commendata illis infantis cura detulerunt. Lacte caprae. quae amal-



thea dicta est melleq; educatus est. Multa insuper iouis tum generis tum educationis aiunt in ea insula extare uestigia. Nam cum a curetibus infans ferretur. tradunt omphalum iuxta fluiuium tritonum cecidisse. Ex quo & ora illa ab eo: quod accidit: deo sacra Omphalia cognominatur: & propinquus ager est omphaleos appellatus. in ida antrum ubi nutritus dicitur sacrum est & circa illud prata manent intacta. Verum quod de apibus mirabile dictu tradunt fabule minime uidetur pretereundum. ioué scilicet in sempiternam amoris erga eas memoriam illarum colorem immutatam inq; æris uertisse auri. Quamuis autem locus is admodum excelsus asperq; situ uentis quoq; agitatus niuib; sit ifestus nullo tamen apes incomodus aut molestia afficiuntur. Capræ: quæ eum nutrit: & alii sunt honores impensæ: & locus eius est heniochus uocatus. Adolescentiã egressus in dicta ubi genitus est ciuitatem. cõdidit: cuius postmodum destructe etiam nunc extant reliquie. Excessit hic deus fortitudine & ceteris uirtutibus omnes. Accepto enim post Saturnum regno maxima plurimaq; contulit ad hominum uitam. Primus omnium iustitiam docuit mutuo seruari inter mortales omni ui atq; iniuria remota. Lites ac contentiones iudicio auferens: singula que ad bene uiuendum ac pacem pertinerent sũma ope procurauit. bonos ad uirtutem exhortatus est: improbos timore coercuit ac pœna. omnẽ pene orbẽ circueus bello impiis ac predonibus indicto equitatem ac leges introduxit per id tempus & gigantes ab eo sublato aiunt. in creta quidem milinum in phrighia Tiphonem. ante pugnam quæ cum gigantibus in creta habita est. iouem sacrificasse dicunt soli cælo ac terre bouem: Que sacra iouem fore superiorem portendentes primum uires & ab hostibus defectionem tum finem belli futurum. monstrarunt. Museus quippe ab eis desciiuit. obq; id ei honores tribut. ab diis autem omnes hostes cefi sũt. Sed & alios quoq; diis præsidium belli tulisse aduersus gigantes constat. Macedones quidem circa palenem italos in campo quem olim a loci cõflagratione phlegreum postmodum Cymeum cognominarunt animaduersum esse ab ioue in gigantes ob eam causam dicunt: Ex magnitudine ac robore corporis confisi aduersiq; legibus & multa egerint in homines iniusta & propinquas gentes in seruitutẽ redegerint. bellũq; his intulerint: qui ob singularia in omnes nationes beneficia dei sunt existimati. Feruntur ab ioue non solum impii nefariiq; deleti. sed etiam diis heroib; ac hominibus benemeritis honores impensæ propter eius beneficentiam imperiũq; magnitudinem omnium consensu & regnũ perpetuum tributum est & habitatio in olympo. sacrificia insuper illi supra cæteros statuta. postea uero quã in cœlum delatus est memoriã hominis eius animis hominum in quos beneficia cõtulit adeo infixã permanfit ut omnium quæ in cœlo fierent uelut hymbrium tonitruum ac fulminum cœterorumq; eiusmodi potens existimaretur. itaq; quod uitæ causa hominibus esse uideretur cum fructus terræ ad maturitatem perduceret: iouem dixere: Patrem uero tum quia singulorum suscepit sũmam cum beniuolentia curam. tum quia tanquã dux hominibus extiterit recte uiuendi: imperator ac rex ob imperii amplitudinem. Consultor ac prouidus propter consulendi prudentiam appellatus ẽ. Tradunt etiam palladem in creta ex ioue apud fontes tritonis fluminis ortam. Ex quo tritonía dicta: & nunc quoq; apud eos fontes ubi nata est huic deæ sacrarunt. Fabulantur præterea nuptias iouis & iunonis in ora gnosiæ fluiui therino proxima: ubi nunc templum est. factas: sacraq; quot annis sancte ab incolis fieri nuptias prout olim facte traduntur representantibus. Ex ioue creatas uolunt uenerem gratias lucinam Dianam & eas quas dicunt horas Eunomiam iustitiam pacem palladem musas. Deo uero Vulcanum Martem apollinem mercurium. Horum cuilibet ut perpetua apud omnes uigeret memoria ab se inuentorum gestorumq; iupiter laudem & honorem tribuit. Veneri nanq; maturam uirginum etatem aliarumq; curam rerum. que nunc etiam circa nuptiarũ sacra ac fœdera in eius cultum celebrantur dedit. Sacrificant autem omnes prius ioui perfectori: iunoniq; perfectrici: quoniam hi primi duces inuectores que omniũ extiterunt. Gratiis quæ ad oris spetiem ac partiũ corporis formam decorem que spectent insuper beneficii & gratie retributionem. lucinæ parientium curam officium que eorum: que parturientes perferunt: unde & in partus discrimine ac difficultate hanc mulieres præcipue inuocant deam. ad dianam tradunt infantium ac ciborum quos id ætatis postulet officium pertinere. Qua ex causa puerorum nutricem uocari dicunt. Earum quas horas dicũt datum est suum cuique munus ad uite cultum & mortalium cõmoditatem. Nil enim est uitæ cultum & mortalium comoditatem: Nil enim est uitæ hominum ad fœlicitatem cõparadã utilius: quã leges iustitia ac pax. Palladi olearum olei que educendi inuentionẽ tribuunt. Nam ante huius deæ ortum erat hæc arbor cum aliis siluestribus immixta. Olei usus aberat cum esset ignota. Hæc olei exprimendi modũ inuenit. addunt ipsi quoq; uestium apparatus & edificandi artẽ multaq; præterea uolunt in cœteris artibus hominibus profuisse. Nam & tibiã earumq; cantum & plurima instrumẽta ad uaria officia ex quibus oparia dicta est: adinuenit. Musis a patre cõcessa est litterarum inuentio & carminum quæ poesis appellatur ratio. Nam qui dicunt phenices a musis percœptas litteras tradidisse postmodum græcis: ii sunt qui cum cadmo in europam nauigarũt. Ex quo a grecis litteræ phœnicæ apellate unt. Verum phœnices a primordio non litteras inuenisse uolunt: sed earum formam tantũ immutasse: eaq; litterarum forma cum plurimi homines uterẽtur hoc cognomine uocatas. Vulcanum ferri æris auri argenti omniumq; quæ igne fabricantur: artẽ inuenisse ferunt: eaq; cœteros docuisse. Quapropter hæc rerum opifices omnes uota sacraq; huic deo maxime facientes ignem in eternam

omphalia  
ida  
apes  
iouis lau  
des  
gigãtes  
milinus  
typhon  
museus  
palene  
phlegre  
us cam  
pus  
cimeus  
campus  
oulauf  
des

iuppiter  
pater  
iuppiter  
rex  
pallantis  
inuenta  
oliua  
uestes  
ædificatio  
tibia  
mularũ  
officia

moriam suscepti beneficii uulcanum uocant. martem fabulæ tradunt primum fabricatis armis arma  
 se milites pugnandiq; ac certandi morem induxisse: eos qui diis aduersi essent interficientem. Apolli  
 nem cytharæ eiusq; musicæ inuentorem ferunt. Medicine insuper scientiã diuinandi arte perceptam  
 qua olim infirmi erant morbos curare soliti primum attulisse. Arcus insuper sagitandiq; extitisse rep  
 torem. Qua ex causa cretenses precipue arcu delectati sunt. quem scythicum nominarunt. Esculapius  
 ex apolline atq; ariadna ortus pluribus a patre in medicina perceptis chirugiam & medelarum cõpo  
 sitionem radicum insuper uirtutes adinuenit. Adeo autem medicinæ artem extulit: ut uelut eius inuē  
 tor & auctor ueneretur. Tribuuntur præterea mercurio præconia discidia ac phœdra: quæ in bel  
 lis fiunt. Præcones quoq; adiiciuntur: qui internuntii esse solent. ob eamq; rem ab hoste tuti. Vnde &  
 ipsum communem utrisq; dicunt: cum ambobus utilitatis cõmunis ac pacis mutux interpres existat.  
 Mensuram insuper ac pondus: & mercaturæ: questum reperisse affirmant: occulteq; inuicem peculã  
 di modum. Præco etiam deorum traditur: nuntiusq; optimus: quoniam mandata diligenter perficiat  
 Vnde & interpretis nomen assumpsit. Non q; nominum aut orationis ut quidam tradunt fuerit inuē  
 tor: sed quia diligentius qua cõeteri mandata referat. Palestam eum introduxisse: & ex testudinis for  
 ma lyram adinuenisse aiunt. Post apollinis cum marsia: qua & superior fuit contentionem: postq; sum  
 ptam preter equum a uictõ pœnam: penitus esse apollinem dicunt: Cytharæq; effractis cordis musica ali  
 quandiu abstinuisset. Dionysium uitis repertorem uiniq; conficiendi rationem & fructuum in longiorẽ  
 usum seruandorum curam & modum docuisse scribunt. Hunc in creta ex ioue & proserpina natum  
 orpheus tradit. inter initiationes a titanis discerptum. Plures uero fuisse Dionysios iam antea scripsi  
 mus diligentius. Cretenses ea coniectura hunc deum asserunt apud se ortum q; due insulæ apud eos  
 finus qui appellentur dydimi ab eo dionysia: quod nulla alia in orbis parte fecerit: sint uocata. Herculẽ  
 lem ex ioue genitum multis annis ante eum qui fuit ex alcmena genitus fabulantur. Huius mater incerta  
 est. Hoc tantum constat illum corporis uiribus præstantiorem ceteris orbem perambulasse delen  
 tem: iniquos & feras bestias ac monstra domantem. inuictus quoq; absq; timore in libertatem homi  
 nes uendicauit. Quibus beneficiis honores immortalium ei sunt ab hominibus impensũ. Qui uero  
 posterior ex alcmena fuit hercules quoniam prioris uirtutes est imitatus & immortalitatem assecutus  
 est & propter nominis similitudinem idem qui prior creditus. ideo & superioris gesta huic fuerunt ue  
 ri inscitia ascripta. Asserunt quoq; superioris herculis operum impensiq; honoris in ægypto uestigia  
 esse. & ab eo conditam ciuitatem Britomartem eam dyctinnã dicunt. in creta genitam tradunt ex io  
 ue ac charmide Euboli cereris filii. Hec retia ad uenandum inuenit: ex quo & dyctinna est cognomi  
 na. Consuetudine diane utebatur: quod causam prebuit: ut quidam dyctinnã dianãq; eadem esse existi  
 marent. Quam deam sacris templisq; cretenses coluere. Qui uero dyctinnã a retiõ piscatoriis quas  
 fugerat in tequente coitus gratia minoe uolunt denominatam: procul a uero sentiunt. Non enim cre  
 dendum uidetur deam in eam egestatem compullam: ut auxilia hominum imploraret: cum esset ma  
 ximi deorum filia. Neq; minoem tante impietatis culpæ decet. presertim cum fuerit omnium con  
 sensu habitus iustus uir: & probatæ uitæ. plutonem natum tradunt in tripodo cretæ ex cerere & iaso  
 ne. Eius genus bifariam ferunt. Nam quidam uolunt cum iasonem terram seuerit adhibita culturæ dili  
 gentia adeo uberem percepisse fructum ut qui id conspexerunt amensium fertilitate illum plutonem  
 nominarunt. Vnde & a posteris is cui census super esset habere plutonem existimatus est. Alii tradunt  
 cererem ac iasonem puerum genuisse appellatum plutonem: qui cultum uite pecuniaq; coaceruare  
 ac in usum custodire primus monstrauit. Cum antea parua congregandæ seruandeq; pecuniæ fuisset  
 cura. Hec de diis quos cretenses apud se natos uolunt scribuntur. Sacra uero honores mysteria cerimo  
 nias ab se hoc pacto ad alios arguunt transmissas: Nã ceremoniæ quas athenienses omnium celeberr  
 mas in eleusina faciunt: quæq; in samothracia atq; in thracia: unde eas orpheus sumpsisse traditur fiunt  
 in gnoso apud cretam prisca lege statutoq; celebrantur. Quo palam est eiusmodi ceremonias ab eis  
 ad alias gẽtes fuisse traductas. Quæq; apud ceteros secretate traduntur: eas palam omnibus noscendi  
 facultatem apud cretenses esse. Asserunt autem plures deorum ab ipsis profectos magna orbis parte  
 ab eis peragrata beneficos in genus humanum extitisse: atq; ab se inuentorum artem usumq; docuis  
 se. Nã ceres cum in atticã peruenisset: inde in siciliã trãsiit. postea in ægyptum quibus in locis frumẽti  
 ferendi cultum monstrauit. Sumoq; propterea in honore habita est. Venus in sicilia cõmorata est cir  
 ca oryem in cypro circa cytherum ac paphũ. In asia circa syriam. Ob has peregrinationes uenerẽtũ  
 Ericinã tũ cytheream tum paphiã tum syrã incolæ appellarunt. Eodem modo plurimũ tẽporis apollo  
 circa delum ac lyciam delphumq; uersatus est. Circa ephesum põtum perfidem & cretam Diana: ita  
 q; & a locis ac gestis eorũ sumptis nomibus hunc delium ac pithium appellarunt: hanc uero ephesiam  
 cresiã tauropoliã quoq; ac perseã cum ambo essent in creta nati. Colitur & a persis plurimũ hæc dea  
 cui mysteria instituerũt barbari: quæ ad hoc usq; tẽpus perseã dicuntur. His similia & de cõeteris diis  
 q; lõgũ eẽt recẽtere tradũt. lõgo post deorũ ortũ tpe plures heroes in creta ferũt extitisse: quorũ nobiliss  
 simi minois ac rhadamãti fuerũt ætate ex ioue ac europa agenoris: quã tauro deorũ pudẽtia aduectã  
 in cretã tradũt geniti: minos etate prior regnauit in isula in q; multas urbes: iter q; eas nobiliores tres cõ  
 didit gnosiã in ea isulã tpe: q; asiã respectat. uulcaniã iuxta mare meridiẽ uersus: cydoniã in eis locis q; pelo  
 pñeli oppositi ad occidentẽ uergũt. leges p̄terea multas cretẽsibus dedit simulã eas ab se in cõtã selũca

martis i  
 uenta  
 apollinis  
 inuenta  
 Cithara  
 medicina  
 Arcus  
 æscula  
 pius  
 mercu  
 ris inuē  
 ta

mẽsura

dionisiã  
 insulã  
 hercules

Brito  
 martis  
 dictinna  
 Rætia

Pluton  
 iasion

Cereris  
 loca  
 ueneris  
 loca  
 apollinis  
 loca  
 diane lo  
 ca  
 europa  
 mines  
 Rhada  
 mãthus

meditatas. Classe isuper pauit. q̄ plures p̄pinqs̄ insulas sibi subiiciēs græcorū primū ē maris īperio po-  
titus. Cū eius magnū uirtutis ac iustitiæ nomē eēt: trāsit ī siciliā aduersus cocaliū: de quo in dedali re-  
bus: cuius causa bellum mouit: scripsimus. Radamantum scribunt omnium iustissimum. latrones quo-  
que ac scelestos uiros cœterosq̄ improbos acri affecisse pœna. Multarum insularum imperio potitus  
magnam asiæ maritimam in partem tenuit singulis eius imperio se sp̄ote ob iustitiæ famam traden-  
tibus. Is erithro uni ex filiis. ii erithri ab eo uocati sunt regnum permisit. in opinionione ariadnes mino-  
is filia chium ferunt dedisse: quem nonnulli fuisse dionysium uolunt: atq̄ a patre uini faciendi modū  
didicisse. Cuilibet ex aliis filiis aut insulam aut urbem Rhadamantum dedisse traditur. thoanti Lem-  
num. Alii Cynnum. pamphilo peparethum. Euambio maroneam. Alceo parum. Anioni delum. An-  
dreo: quæ ab eo nominata est andrum propter singulare iustitiæ nomen illum apud inferos bonorū  
ac malorū iudicē factū fabulæ ferunt. Ob eademq̄ iustitiam minoem quoq̄ pari honore fungi. Ter-  
tium fratrem Sarpedonem scribunt cum magna manu in asiam profectū lyciam tenuisse. Huic euā-  
der filius in regno successit sumptaq̄ uxore deidamia bellerophonis filia Sarpedonem genuit: qui  
cum agamemnonē troiano affuit bello. Et hic ut quidam tradunt iouis filius Minois fuisse filios aiunt  
deucalionem ac molum. Ex deucalione idomeneum ex molo Mirionem genitos cum nauibus no-  
naginta ad ilium cum agamemnone profectos reuersosq̄ postea in patria diem suum obiisse honori-  
ficeq̄ sepultos deorum honores fuisse āsecutos. Horum sepulchra ingnoso hac ostenduntur inscri-  
ptione. Gnosii idumenei sepulchrum. Aspice in quo ego Myrion moli filius propinquus iaceo. hos  
ut nobiles heroes cretenses colūt sacris in bellorum discrimine eorum præsidium inuocantes. Nunc  
nationes quæ cretensibus immixtæ sunt referentur. Scripsimus antea theocrites: qui dicebantur in  
digetes insulam habitasse. Multis uero postmodum seculis propter bella ac seditiones errantes pe-  
lasgi in cretam appulsi tenuerunt insulæ partem. Tertii dorienses traduntur in insulam uenisse duce  
doro. Tetacmi nepote. huius populi pars maior fertur ex locis olympo propinquis simul conuenisse  
Pars uero quædam ex acheis qui sunt in laconia donorum pollicitationibus allecti. Quartum genus  
eorum qui in cretam appulerunt fuerūt Migades barbari: qui consuetudine græcorum lingua ex fre-  
quenti usu percepta postea minois Rhadamantiq̄ imperio paruerunt. postremo post cicladarum  
descensum argiui lacedemoniūq̄ missis coloniis tum alias quasdam tum has insulas occuparunt: inq̄  
eis nonnullas ab se hedificatas urbes: de quibus alias dicetur inhabitarunt: uerū haud mirum debet  
uideri: cum plures qui gesta cretensia scripsere admodum dissentiant: nos quoq̄ ea quæ non omnes  
sentiant: scribere eos enim sumus secuti: quos uero similia tradere existimauimus. Quædam ab Epi-  
menide theologo: quædam a dosiade. Alia a Soficrate: nonnulla a laoscherinide sumetes: & de creta ha-  
cenus. Nunc ad lesbum transeamus. hanc insulam olim uariæ gentes ad eam nauigantes incole-  
runt. pelasgi primum eam tenuere cum antea deserta esset. Nam xanthus Triopi filius pelasgorum q̄  
ex argo uenerant rex partem lyciæ tenens argis qui secum accesserant imperauit. deinde lesbum cul-  
toribus uacuum petens agro pelasgis diuiso insula quæ issa prius dicebatur ab eis pelasgiam uocauit  
deinceps septima progenie ob diluuium tempore deucalionis factum cum multi in ea interissent. ac-  
cidit ut aquarum inundatione desereretur. Macareus postea cum in eam peruenisset insulæ pulchri-  
tudine conspecta in ea permansit: iis erat ut hesiodus. Aliiq̄ poetæ nonnulli tradunt cyrcnaici iouis  
filius qui cum habitaret in oleno: quæ patria tunc iados nunc achaia dicitur assumens tum lonas tū  
gentes alias nauigauit in lesbum. deinde tum uirtute insulæ tum humanitate ac iustitia plurimum ad  
auctis opibus propinquas insulas possedit agris qui inculti erant diuisis: posthæc tempora lesbos filii  
us lapithi qui erat ex coclo hippoti secundum quoddam oraculi responsum cum suis domesticis nau-  
igans in hanc insulam sumpta in uxorem Macharei filia methynna nomine una cum ea in insula per-  
mansit. Cum uir factis clarus euafisset & insulam ab se & populum lesbium cognominauit. Machareo  
preter alias mytilene ac methynne filia ortæ sunt. a quibus & ciuitates somplere nomen. Is cupiens  
propinquas insulas in potestate redigere colonia in chium missa filium ei p̄fecit. deinde alterum de-  
stinauit in samū noie cydrollū: qui in ea regnauit. Tertiarū cœneandrum p̄fecit regem. deinceps in  
Rhodū cū pluribus colonis missit leucippū: quos accolæ propter eorū infrequētiam cōicatis agris li-  
benti aio susceperunt. loca insulæ opposita eo tpe propter diluuium magna grauīq̄ afficiebantur cala-  
mitate. Nam continuis hymbribus ob corruptos teræ fructus sterilitate suborta infectus aer pestem  
urbibus intulit: insulæ uero uētis agitata cum aere essent salubri ac fertiles frugibus suos incolas bea-  
tos reddidere. Ex quo ob regū ubertate fortunatae sunt cognominatae. Nonnulli beatas a Macareo  
atq̄ iono. quorū filii in eis regnauere dictas uolunt. Hæc deniq̄ insulæ omnibus p̄pinquis non solū pri-  
scis. sed & nostris quoq̄ t̄pibus bonitate soli locorūq̄ amenitate tum uero salubritate aeris felicitate  
p̄stant. itaq̄ uere dici felices ac beate quæunt. Macareus uero in lesbo regnans legem scripsit ad com-  
munē utilitatē: quā leonē ab eius animatis uirtute robore appellauit. deinceps uero nonnullis seculis  
post eoloniā in lesbū missā insula tenedos hoc pacto inhabitata ē. Tenus cycni filius imperauit colo-  
niæ quæ ē i troade uir p̄ uirtutē insignis. hic cōgregatis colois patriā liquēs nauigauit in insulā deser-  
tā noie leucophrī. distructis his q̄ cū eo accesserat: insulæ agris cōditisq̄ urbe ab se tenedō insulā uocauit  
is cū iuste iparet multis b̄nificiis oib̄ gratis & magna uixit gloria. & post obitū iter deos relatus ē. Nā  
tēplo. illi cōstructo iustitias sacris ad posteriora secula nō uir omitēda. quæ de eo q̄ urbē tēnū cōdidit

Cydo-  
nia  
Rhada-  
māthus  
Chios  
lemnos  
Theas  
Anuis  
Delos  
Euāder  
Andros  
Deida-  
mia  
Deucali-  
on  
Molus  
Idome-  
neus  
Mirion

Dorus  
Dorien-  
ses  
Miga-  
des

Lesbos  
Issa  
Macare-  
us  
Iados  
Achaia  
Lesbos  
Methy-  
na  
Mityle-  
ne  
Chios  
insula in  
Samos  
Cydro-  
illus  
Leucip-  
pus  
Tene-  
dos  
Tenus  
Leuco-  
phoris

**Cycnus** apud Tenedios memoriae tradunt. Ferunt. n. Cycnū patrē uxoris calūnia i ductū filiū tennū i arca po-  
 sitū i mar deieuisse. hęc tēpestate acta cū i tenedū appulisset. Tēus mirabili deoꝝ ope salute cōsecutus  
 isulæ postea ipauit. Vir pclarus Ac iustitia uirtutibꝫ aliis honores imortaliū potitus. Vegꝫ pp cuius  
 dā tibiicinis testimoniū: q nouerçæ ifidiis fauerat. lege fāxit. ne qs tibiicē tēplū igrederef. Belli troiani  
 tpe cū achiles post græcoꝝ i tenedū efcisionē urbē Tēnū delesset: statuerūt postea tenediū ut nulli dei  
 cept liceret tēplo restituto i eo achillē noiare. Posteaqꝫ de ifulis ifignibus rettulimus: nūc de minoribꝫ  
 scribemus. Cyclades ifulæ cū ātea uacuæ cultoribꝫ eēnt. minos iouis ac europæ filius cretēsiū rex. cu  
 ius terra: mariqꝫ ipiū potēs erat plurimū classe ualuit. multasqꝫ ex creta colōias: maxieqꝫ i cycladas ifu  
 las misit: Quæ plures adeptus populis diuisit. asiæ quoqꝫ pte maritimā possedit. Quapropter & nō  
 nullæ ifulæ portusqꝫ asiæ a cretēsiis minoeqꝫ nomē sūplere. Minos āt magnus ipio Rhadamātū fra  
 trē uigꝫ iustū rectūqꝫ regni cōsortē i oras ipiū ultimas ob iuidiā ablegauit. is ad ifulas loniæ cariaeqꝫ op  
 positas cū accessisset Eritheo ciuitatē a suo noiē cōditā cōcessit: i opinionē uero Ariadnis filiū chio p  
 fecit. quæ oia añ bellū troianū acta sūt. Deleta troia cares opibus aucti classeqꝫ admodū ualidi. cū cy  
 clades ifulas subegisset: ex qbuidā cretēses penitus eiecere. Nōnulli una cū eis ut cū i patria usi sūt. græ  
 ci postea expulsis ide caribus barbaris plures ex eis tenuerūt. qbus de rebus suo loco scribef a nobis.

Cyclades  
 Minos  
 Rhadamathus

a  
 Pogius Florentinus  
 p̄simus ab his  
 Hos quinque  
 thebis ægypti

b  
 perfluumque esset  
 sceret stagnantibus  
 rit incorruptam  
 maticus uestibulum

c  
 certa animantia  
 stadiis centum  
 italia tum  
 ui circumscrip̄ta

d  
 hostes belloꝝ  
 ti quoqꝫ &  
 carnibus lacteꝫ  
 exordio extitisse

e  
 culo in medium  
 relicto Cæteri  
 huiusōi arboribꝫ  
 Mirinā exercitū

f  
 solus hic eorū  
 tur Hunc deum  
 uulnere cum  
 contigit. Quæ

g  
 liberaffe cleopatram  
 circuiffe: ut  
 Atreus post  
 ambos in patriam

h  
 sicilie locis  
 gloria rem  
 Teres fabulas  
 celtiberos

i  
 se nauigantes  
 thea dicta est

Explicit feliciter opus Diodori siculi diligenter ac accuratissime emendatum acqꝫ Venetiis impres-  
 sū p̄ Philippū Pinciū Mantuanū die uigesima nouēbris anno domini a natiuitate. M.cccc.lxxxiii.